





1736.

1. ² Carmon, Jacobus: De jurisdictione in legatos
et in quos comites praesentium Statuum S. P. R.

Germanici in comitiis. 2. 8. x. ff. 1738^o 1738.

2. Carmon, Jacobus: De libero juris sui usu
occasione l. 55 ff. d. 7. j.

3. Hering, Melchior Brunus: De eam fortuito
in depositario praestando, occasione juris sicuti
sarii Hamburgensis.

4. Mantzel, Em. Joh. Frid: De filia nobili usulua.
Inaria. Mecklenburgensi.

5. Mantzel, Em. Joh. Frid: An et quatenus juri Rom.
imputat praerogativa proae veteri jure Germ.
in decidendis controversiis judicialibus.

1737

1. Becker, Franc. Nicolaus: Utrum potius in
voluntate an vero in intellectu vitium sit athen-
us, si re an et athenismum plus faciat imbecitas

libres intellectus? an vero praeiudicis voluntatis?

1737

2. Burgmannus, Tractatus Huerden: De imputatione
consequentiarum erronearum in foro humano.

3. Burgmannus, Tract. Huer: Theses philosophicae.

4. Jethardingias, Gregorius Christoph: Dubia quae dam
verata eorundemque evolutio.

5. Hering, Matthias Benoni: De iniuriis actori,
reo et advocato non imputandis.

6. Mantzel, Im. Joh. Frid: Einleitung des Herren
An die Vorlesung des juris p[ri]ncipaliter am 1737
eröffnenden . . . pract. Zusammenhanges.

7. Mantzel, Ernst. Joh. Frid: De respectu personarum
in foro criminali.

1738

1. Bay, Joannes Fridricus: De imperabilitate
studii juris naturalis a studio theologico et juridico.



1738

2. Hering Matth. Berois: De munere tutelari hanc
gratis ex jure statutario Hamburgensium.
3. Mantzel, Em. Joh. Ferd: Ob nich. . . Hesen. Pro-
cessu entstehen nichter? Programma, quod est
solenne Doctordia Christiani Vainidis Wolfpusti
iuritat.
4. Mantzel, Em. Joh. Ferd: De limitibus contractus anti-
cretici
5. Mantzel, Em. Joh. Ferd: De appellatione quae pot
stante pede.
6. Mantzel, Em. Joh. Ferd: De diversitate praescriptionis
jura gentium et jura civilis
7. Mantzel, Em. Joh. Ferd: De jurebus singularibus
in Megapoli
8. Mantzel, Em. Joh. Ferd: De limitibus justitiae, acqui-
sitis, jura aggrahendi et arbitrii judicis.
9. Mantzel, Em. Joh. Ferd: De eo, quod praecipue jus est,
circa homines proprios in Megapoli

1738

10. Mantzell, Im. Joh. Frid: De familia Mecklenburgica.
11. Mantzel, Im. Joh. Frid: De sagacitate judices in
criminalibus
12. Schmidtius, Johannes Petrus: De jure atque limitibus
inviolabilitatis legali hostiles.

Handwritten notes in the left margin, including the number '6' and other illegible characters.





8 D

D

JU
LI

ST

6119
P 1179

DI

JCTC
DUCA
DU

Du.Pz

IN U

AM

ROST



G. 13. num. 24.
H. 10.

DISSERTATIO INAUGURALIS
JVRIDICA:

6

AN, & QVATENVS JVRI
ROM. COMPETAT PRÆROGA-
TIVA PRÆ VETERI JVRE GERM.
IN DECIDENDIS CONTROVER-
SIIS JVDICIALIBVS.

1736, 5.

M. 20.


QVAM,
ADSISTENTE NVMINE DIVINO,
ET
• CONSENTIENTE MAGNIFICO JCTORVM ORDINE
SVB PRÆSIDIO
VIRI PRÆNOBILISSIMI, EXCELLENTISSIMI,
ET CONSVLTISSIMI
DOMINI

ERN. JOH. FRID. MANTZEL,

PHIL ET J. V. D. ATQVE INSTIT. P. P. O. FAMIGERATIS.
SIMI, AMPLISSIMÆ FACVLTATIS JVRID. h. t. DECANI
SPECTABILISSIMI,
PATRONI, OLIMQVE PRÆCEPTORIS OMNI
OBSERVANTIÆ GENERE ZETERNVM COLENDI,
PROSEQVENDI.

D. XV. MAJI, A. O. R. MDCCXXXVI.
IN ACADEMIA PATRIA VARNO BALTHICA

PRO LICENTIA
SVMMOS IN VTROQVE JVRE
RITE CAPESSENDI HONORES,
PVELICE, EIDEMQVE PLACIDÆ ERVDITORVM EXAMINI
SVBJICIT.



JOACHIMVS LVCAS SEEM.
ROSTOCH. MEGA.

ROSTOCHII, Typis JO. JAC. ADLERI, SER. PRINC. & ACAD. Typogr



DEO,
PATRIÆ,
PATRONIS,
ET
COGNATIS.



PROOEMIUM.

Σὺν τῷ Θεῷ !



Vm thema quoddam, de quo ^{Ratio insti-}inauguralem pro more conscriberemus dissertationem, meditaremur, nobis incidebat in mentem, quot, quantosque animi fluctus diuersitas iurium, quibus in Germania nostra obruti sumus, saepe tum nobis, tum aliis Jurisprudentiae operam nauantibus excitarit.

Quum enim permultis in Juris Capitibus jura peregrina recepta toto caelo differant a Veteri Jure Germ. prouti hoc demonstrant tot Scriptores, qui differentias Juris Rom. & Germ. collegerunt, ac plerique recentiores Commentatores in Jus nostrum Romano-Germanicum, qui magna cum cura, & sollicitudine semper dispositionibus Romanis subjunxerunt contraria Juris Germ. placita; hinc necessario euenit, vt persaepe incidat quaestio, quodnam Jus itaque sequendum sit. Ideo apud animum constituimus, hancce causam pro ingenii modulo in praesenti aliquadantenus pertractare, ac demonstrare, Jura Rom. quatenus fuere receptibilia, praesumptionem, ac praerogatiuam praer jure patriis in decidendis Controuersis judicialibus habere, etsi minime actu semper praerferantur. Equidem non dubitamus fore permultos, qui causam hancce jam perorata esse, existiment. Exstant enim tot eximiorum Virorum, & Jctorum Scripta: *de germ. LL. veterum, & Rom. Juris in Republ. nostra origine, & auctoritate praesenti,*

senti, a) de usu, & auctoritate Juris R. in foris Germanis, b) de Consultationibus, LL. & judiciis in Specialibus Romano-Germ. Imperii rebusp. c) de Juris R. indole, & obligandi diversa ratione, & dignitate, it. de distincta practica ratione in Jure privato Romano-Germ. d) vt taceam, quæ CONRING, BAYER, THOMASIVS, aliique quam plurimi hac de re scripserunt. At salua res est. Et si enim in hisce, aliisque Scriptis etiam pertractandæ quæstionis decisio inueniatur, nihilominus tamen pleraque horum vel tantummodo thema hocce incidenter attingunt, dum in illis potius ostenditur, quomodo non solum Juri R. sed & germ. opera danda, & quam multa in Praxi occurrant, de quibus nec vox, nec vestigium in Jure R. inuenitur, ac quæ ex solis Germanorum institutis explicanda & decidenda sunt; vel in alias abeunt partes, nec vnam, eandemque nobiscum sistunt sententiam. Præterea quantum scimus, adhuc nullum exstat schediasma, si dissertationem HORNII: de prærogatiua morum Germaniæ in Concursu cum LL. receptis, e) exceperis, in quo pertractanda quæstio, quæ proh dolor! admodum problematice a multis tractatur, adeo specialiter sit excussa, quam præsens nostrum institutum, hoc abs nobis exigit. Aggrediemur itaque hocce negotium. Optime autem nos hujus thematis discussionem peragere arbitramur, si primo Cap. breuibus historiam receptionis Juris R. in Germaniâ nostrâ præmittamus; secundo autem Capite genuinam sistamus rubricæ explicationem, ac rite statum Controuersiæ formemus, & ita Cap. tertio demonstremus, quod, & quatenus Juri R. prærogatiua in decidendis Controuersis judicialibus competat. FAXIT DEVS FELICITER!

- a) Quæ est Diss. KVLPIII
 b) Qui est discursus præliminaris Vfus moderni Pandectarum B. STRYKII.
 c) Est Diss. HERTII.
 d) Qui sunt ambo tractatus Dn. WESTPHALII.
 e) In qua autem minime nobiscum facit, prout hoc jam ex rubrica quilibet facile perspiciet,

CAPVT

CAPVT I.

PRÆMITTIT

HISTORIAM RECEPTIONIS IURIS ROM. IN GERMANIAM NOSTRAM.

§. I.

Quantam ad solidiorem rerum cognitionem hi- Ingressus.
storia cujuslibet disciplinæ conferat vtilitatis,
res ipsa loquitur, & hæc eo minus negligenda,
quo magis decisio causæ cujusdam ex
principiis historicis petenda est. Jam itaque
quæstio proposita etiam ita comparata, ut pene
tota ejus decisio ex historia receptionis Juris Rom. in foris
Germaniæ sit deriuanda, necessarium duximus hanc
præmittere, quo Conclusiones ex genuinis hisce prin-
cipiis deductæ, eo luculentius cuilibet liqueant.

§. II.

Neutiquam autem hic nobis animus est, partem
hanc historiæ Juris Romano-Germanici tradere omni nu-
mero perfectam, id quod præsens nostrum institutum
nec patitur, nec abs nobis exigit; Sed tantum hic addu-
cere sufficiet, quantum ad enucleandam quæstionem pro-
positam necessarium erit.

§. III.

PEPONE a) itaque, & post eum IRNERIO b) Bo- Prima in-
cunabula
Juris R. in
Germania.
noniæ circa initium Seculi XII. magno cum applausu Jus
Ciuille docentibus, euenit, vt ibi vndique Iuuenes c)
confluere juris hujus addiscendi gratia. Hi autem dum
reduces facti, ad negotia forensia adhibebantur; nihil
prius, nihilque antiquius duxerunt, quam vt jura, qui-
bus edocti erant, legum, morumque domesticorum quip-
pe profus ignari, in praxin deducerent, & ad casus ob-
uenientes applicarent.

A 3

a) Hunc

- a) Hunc Bononiæ jam ante IRNERIVM jus docuisse testatur ODOFREDVS *ad l. v. ff. de J & J.*
 b) Hunc a. 1128. Jus Ciu. professum esse Bononiæ, ipsi Bononienses fatentur in Epistola ad Nihufium, Vid *III. HEINECCIUS in Historia Juris. Lib. I. §. 338.*
 c) In horum numero etiam Germanos fuisse, docent nos tanta eorum in hac Aaademia priuilegia, de quibus JACOBVS MIDDENDORPIVS. *Lib. IV. p. 11.*

§. IV.

Quæ Jura
in Germa-
mania ob-
tinuerunt,
dum Jus R.
recipiebatur.

Et in hoc illorum studio eo feliciores in Germania nostra fecerunt progressus, quo incertiora, a) & decidendis litibus minus sufficientia erant jura domestica, b) Obtinuisse quidem tunc temporis adhuc Leges Saxonum, Bajuuariorum, & Alamannorum, admodum probabile est, c) attamen quum hæ jam pridem per Capitularia Imperatorum Carolingicæ Stirpis, & præcipue ipsius Caroli M. multifarie erant mutata, & aucta, d) Capitularia autem dein rursus in desuetudinem abierant, e) minimè asseri potest, quod in totum inter gentes sui nominis, & illorum affines adhuc in vsu fuerint. Et inde eo magis credibile est, plerumque antetempora introducti Juris R. secundum mores receptos iudicatum esse. f)

- a) Plerumque enim ex æquo, & bono iudicabatur. Vid. ENGELBRECHT *de factis Jurisprudentia in Germania. pag. 13.*
 b) Quod veteres LL. amplius emergenti negotiorum multitudini, luxu, & fallacis indies increbrescentibus non suffecerint, scribit BAYER *in Delin. Hist. Juris Rom & Germ. §. 378.*
 c) Vti hoc solide pro more probat *III. HEINECCIUS in Hist. Juris Lib. II. §. 50.* Hæ Leges editæ sunt abs BASILIO JOANNE HEROLDO, Basileæ 1557. f. & FRIDERICO LINDENBROGIO. Francofurti, 1613. f. in *Operibus Legum antiquarum.* Posterior vero multo locupletior est priori. Vid *Celeb. Da. STRVVIUS in Bibliotheca Juris selecta Cap. V. §. 2.*

d) Post

d) Post decretum Thaffilonis LL. Bajoaricis sic additur: *Incipiunt Capitula, quæ Dn. Carolus, Imperator Serenissimus ad L. Bajuuariorum addere iussit.* CONRING. *de Origine Juris Germ. Cap. XII, & in Annal. Francorum apud LAMBE-CIVM de Bibliotheca Casarea Lib. II, Cap. V. ad a. 802.* ita de Carolo M, legitur: *quod unicuique homini tradiderit legem suam, & emendauerit, ubicunque necessum fuit.* Vid. etiam Dn. STRVVIVS in *Hist. Juris Cap. VI. §. 7.*

e) Sub Ottone M, adhuc ad Capitularia prouocatum est, pro- uti testatur *Continuator REGINONIS ad a. 952.* Ast post hæc tempora hoc factum esse, nos vnquam legisse, non recor- damur. *De Collectiombus Capitularum ab ANSEGISO circa a. 827. BENEDICTO LEVITA ad a. 845, aliisque institutis, consulatur Dn. STRVVIVS in Hist. Juris. Cap. VI. §. 11, 12. & 13.*

f) Hoc patet ex Constit. Rudolphi Imp. de a. 1287 apud LEHMANNVM in *Chron. Spir. Lib. V. Cap. 105. p. 629.* Vid. ENGELBRECHT. *l. c. CONRING, de O. J. Cap. 25.*

§. V.

Condiderunt etiam Imperatores Saxones, & Franci aliquando in Comitibus Leges quasdam, ast hæc fuerunt pauciores, ac multæ illarum non in Germania, sed in publicis Italix conuentibus a) sunt promulgatæ, etsi fa- pius etiam de negotiis priuatis disposuerunt. b)

a) Habitis in Campis Roncaliis, Vid. FRANKENSTEINI *Diff. de Majuris, Maicampis, & Roncaliis.*

b) Multas harum Constitutionum reperies apud GOLD- STVM in *Collezione Constitutionum Imperialium.*

§. VI.

Huc ergo Germanorum Jurisprud. mutilæ, ac man- cæ facilimo negotio palmam præripere potuit Jus R. ob plenitudinem tum qua generalium principiorum, tum qua casuum specialiorum inibi decisorum, imo etiam ob tantam, quam habebat, æquitatis præsumptionem, a) cui accessit cura Cæsarum, quippe qui, vt verbis III. HEL- NECII utamur, b) *Consilia Pontificum Rom. Jus Can. regnis,*

Causæ v- sum Juris R. promo- uentes.

& no.

8 AN, & QVATENVS J. R. COMPETAT PRÆROGATIVA

Et rebusp. Christianis tunc temporis obtrudentium, non felicius turbari posse, videbantur, quam si Jura Rom. Ciuilia in foris, ac gymnasijs dominantur. Inde factum, quod Legum DD. & Jurisperiti ad summam in ecclesia, c) aulis, d) & foris e) dignitates promoverentur.

- a) Vid. ENGELBRECHT. l. c. p. 20.
- b) Exstantia in *Hist. Juris. Lib. II. p. 59.*
- c) Exemplum adducit HEINECCIUS ex *Anonymi Hist. Episc. Bremens. l. c.* quod sc. Bertholdus, cui præcipue profuit Decretorum Legumque peritia, euectus sit ad Archiepiscopatum Bremensem.
- d) Inter Balduini Episcopi Treuir. qui a. 1303 electus est, domesticos, & palatinos recensentur primo statim loco Legiste, & Cano iuste. *Autor gest. Balduini. Cap. I. §. 12.*
- e) Hoc optime probatur ex effectu, de quo tot diplomata, de quibus §. seq. videatur, testantur, & affert *III. Cancellarius a LVDEWIG: Von den Mangeln, und Gebrechen des teutschen Lehn-Rechts, p. 14.* diploma ex Sec. XIII. quod indicat, Comitum Schwarzburgicum, judicem aulicalem constitutum, non ante sententiam dicere voluisse, quam Rom. Jurisperitos conuocasset.

§. VII.

Hinc statim jam sec. XII. vsu quendam Juris R. in Germania adfuisse, ex variis diplomatibus, & rerum germanicorum scriptoribus probarunt jam alii, a) cujus auctoritas deinceps magis magisque indies creuit, b)

- a) Loca huc spectantia ex illis, collegerunt *III. BÖHMERS in Jure Eccles. Protestantium. Lib. I. Tit. II. §. 48.* STRVVIVS in *Hist. Juris. Cap. VI §. 39.* & post hos *Dn. HEINECCIUS in Hist. Juris. Lib. II. §. 63. seqq.*
- b) Ex Seculo XII. enim non nisi pauca documenta, quæ vsu quendam Juris R. ostendunt, afferri possunt, seculis autem, *seqq. III, & XIV.* hæc existant multo frequentiora.

§. VIII.

§. VIII.

Non deerant autem, qui tales Juris Rom. progressus ægre ferebant, præsertim quum Legistæ, quorum tamen numerus minime adeo frequens esse potuit, vt omne Jus tantummodo ab his redderetur, a) pene omnem juris-prudentiam germanicam eliminate intendebant, (S. III.) qua tamen hæctenus norma decidendi in foris fuerat. Hinc, vt eo certius de patriis moribus constaret, b) Speculo- rum & Weichbil- di Magde- burgica ætas, collegit eosdem, ast priuato tantummodo ausu, priuata que auctoritate, c) auctor Speculi Saxonici EPKO de REPKAV circa a. 1230. d) Quam mox alia collectio est fecuta in superiore Germania parte, vulgo nota sub Ti- tulo Speculi Sueuici, e) a qua ætas Weichbildi Magdeb. f) haud procul abest. g)

- a) Itaque his temporibus iudiciis etiam adhuc præerant Scabi- ni, qui erant homines illiterati. Vid. CONRING de O. J. germ. Cap. 25. p. 152. ibi: *Nec ad priuata iudicia le- gi Te.* de horum Contentione cum DD. Juris vid. exem- plum in THOMASII Annalibus Obseru. ad Melch. v. Offe- ramentum, p. 105.
- b) Ob hunc finem, quum Jus R. in foris nostris serpere in- ciperet, Speculum Saxonicum conscriptum esse, ipse SPECVLATOR haud obscure innuit in *Præf.* ibi:

Wer rechte Rede verkehren will,
 der hält lang unrechten Streit,
 er kufft, und schilt viel,
 dies Recht haben vor alter Zeit
 unser Vordern herbracht,
 der er doch nicht kan gedenset,
 denn selber hat ers nicht erdacht,
 und will euch damit beschrencken.
 Nu mercke man den Mann dabey,
 der neue Recht aufbringen will,
 wie recht er selber sey,
 so kan er nicht geschaden viel.

B

Ed

So ist uns von den Vrgen kund
ein Wort gesprochen lang,
der Vogel singt, als ihm der Mund
Gewachsen ist zu Gesang.

De sua iurium collectione autem deinde prædicat:

Dies Recht hab ich selber nicht erdacht,
es habens von Alter auf uns bracht
Unser gute Vorfahren,
Mag ich auch, ich wills bewahren.

e) Hoc patet ex tota auctoris rythmica præfatione, & ipse confitetur in hac:

Das viel weiser Leut lehren,
die es an Guth fehren,
ist besser denn mein eines sey.

Hinc suader, vt etiam alii consulantur.

d) Hujus sententiæ est *Cl. STRAVCH, in Diss. 3, § 6. Juris publ.* Imo *Speculum Saxon.* inter a. 1215, & 1235 compilatum esse, egregie probat *Dn. HEINECCIUS, l. c. Lib. II. §. 73.**

e) Et quidem hoc a Saxonico paucissimis in materiis differt. *Spec. Suen. Cap. 393 §. 2.* si exceperis materiam successio- nis, & tempus Majorennitatis. Vid. *WILDVOGEL, de LL. quorundam Justinianearum non usu Sc. p. 13.*

f) *Wick* significabat vicum, & *Bilder* erant signa finium agri municipalis. In *Præf. Jur. Lub.* hæc exstant verba: Das Lübsche Recht erstreckt sich in unser Stadt, und in den Städten, da Lübsch Recht gebraucht wird, so fern, als unser, und ihr Reichbild, Feld-Marc, und Land-Behr reichet.

g) De ætate *Speculi Suenici*, & *Reichbildi Saxonici.* Vid. *Dn. HEINECCIUS. l. c. §. 77, 79.*

§. IX.

Illorum
auctoritas
& fata.

Et hi libri magnam in foris obtinuerunt auctorita- tem, a) adeo, vt inde vniuersa Germania in duas di- uisa fit partes. sc. *Juris Franconici* & *Saxonici*, b) ast nunquam auctoritate Imperatoria legis nacti sunt vigo- rem, c) & quo magis jura peregrina euecta, eo magis horum

horum librorum auctoritas imminuta est. (§. VIII.) Hinc factum, quod circiter Sec. XV. ad illos prouocare in consuetudinem abiit. (d)

a) Videbant enim iudices, & Scabini, Consuetudines hinc inde obtinentes, quum iura peregrina tantum ceperant inualescere, in his libris literis consignatas, & cum commodius erat ex scripto quodam libro, quam ex sola memoria lites dirimere, non potuit non, quin hoc illis auctoritatem insignem in foris tribueret. RINCK vom Sachsen-Spiegel. §. 9. Quod autem per totam fere Germaniam, imo, & extra fines Reip. nostræ Specula obtinuerint, vid. apud STRVVIVM l. c. Cap. VI. §. 23. seqq. FRISIVM vom Sachsen-Spiegel. §. 19. CONRINGIVM de O. J. G. Cap. 31. p. 189. seqq.

(b) vid. A. B. Cap. V. §. 1. & 2.

(c) Id quod optime docuit LEUBERVS im gründlichen, und Historienmäßigen Discours über eglichen der Stadt Magdeburg in Sachsen gerühmten alten Privilegiis, u. Was von dem Sachsen-Spiegel, dem Weichbild, und dessen Chronica, samt dessen Lehn-Rechten zu halten. Sect. II. n. 13. seqq.

(d) vid. DATTIVS de pace publ. Lib. IV. Cap. I. n. 7. Et si vero hoc in genere, si vniuersam nostram Germaniam spectes, potest affirmari, adsunt tamen quædam prouincia, quæ hic exceptionem constituunt. vid. infra §. 27. Denique etiam adhuc notari meretur, nondum ab eruditis satis probatum esse, consuetudines omnes, in speculis collectas, Vniuersales fuisse. Nam Germanos semper præter instituta, quæ vniuersalia fuerunt, quorsum e. g. Communio honorum inter Coniuges, Dimissio liberorum e patria protestare per institutam separatam Oeconomiam, Consensio thalami, ad effectus legitimi matrimonii consequendos, necessaria, aliaque referenda, quam plurima etiam diuersa habuisse iura, ex Collatione Legum diuersarum Gentium germ. luculenter patet.

Consuetudines in speculis collectæ non fuisse vniuersales germanicæ communes.

Hinc dum EPKO a REPKAV. jura Saxonica colligere voluit, vti patet ex ipsius præf.

Wem es lieb, wem es leyd,
Frommen, und Seeligkeit,
Ist hieran gewachsen,
Ein Spiegel der Sachsen,
Soll dies Buch seyn genannt,
Denn der Sachsen-Recht ist hie bekandt, &c.

Objectio,
&
Resolutio.

non præsumendum, quod tantum collegit, quæ omnibus germ. populis communes fuerunt Consuetudines, sed etiam permultas Saxonibus proprias. Nec obstat auctoritas speculis etiam extra Saxoniam Sec. XIII, & XIV. tributa, eo enim tempore, quum specula auctoritatem obtinerent, apud quoscunque iudices adhuc in recenti erat memoria, quæ collectarum in speculis Consuetudinum speciatim in sua prouincia obseruarentur, quippe jura peregrina tunc temporis tantum in Germania nostra cæperant inualescere.

S. X.

Varia statu-
ra condun-
tur,

Eadem ex causa, vt gliscenti Juri Rom. obfisterent, (a) circa hæc tempora quam plurima condita sunt statuta prouincialia, & municipalia, (b) in quibus ideo adhuc multa veteris Juris germ. reliquæ inueniuntur, quamuis tum in Speculis, tum in iuribus statutariis passim quoque reperiantur, quæ Romanæ Jurisprud. Originem debent. (c)

(a) Hoc vel exinde colligi potest, quia Imperii Ordines sæpius de conseruando Jure patrio solliciti fuerunt, id quod ex sanctionibus apparet, quæ in Comitibus suffragio statuum latae sunt in hunc finem, vt vetera jura seruentur. vid. GODOFREDVS MONACHVS in *Chron. ad a. 1208.*

(b) Plurima Jura statutoria Sec. XII, XIII, & XIV. condita esse, testis est B. Dn. BRVNQVELL. in *Hist. Juris Part. IV. Cap. VII. S. 1.*

(c) vid.

(c) vid. *Dn. HEINECCIUS, Elem. Juris germ.* (quorum Tom. II dum hæc scribimus, adhuc sub prelo sudat) *Proem. S. 16.*

§. XI.

Conditæ etiam sunt in Comitibus publicis Leges quædam ab Imperatoribus Suevis, & hos sequentibus. (a) Sed idem de his, quod de Imperatorum Saxonum, & Francorum Constitutionibus (§. V.) dictum, affirmari potest.

Leges quædam Imperatorum.

(a) Harum aliquæ Corpori Juris sunt insertæ. vid. *Auh. Habita C. ne filius pro patre, alique, it. Lib. V. Feud.*

§. XII.

Præsertim autem hic notandæ veniunt Constitutiones Friderici II. & Rudolphi Habsburgici. Prior est constituta a. 1235., & exstat apud GOLDASTVM, (a) ubi ita disponitur: *Man soll auch die Westlichen Gerichte an ihrem Rechte behalten.* Posterior autem condita est a. 1281. & exstat apud LEHMANNVM in *Chronico Spirensi*, (b) in qua hæc exstant verba. *Man soll auch die Westl. Gerichte an seinem Rechte behalten.* Ex quibus patet, Imperatores non voluisse, jura Canonica in foris secularibus valere, sed tantummodo in ecclesiasticis judiciis. (c) In secularibus autem jura, hætenus vsitata, vt obseruarentur, his Constitutionibus dispoſuerunt, quæ tunc temporis magna ex parte in veteribus patriæ consuetudinibus adhuc consistebant. Fridericus II enim circa annum 1233. Curiam celeberrimam prope Moguntiam indixerat, in qua pax jurata, vetera jura stabilita, nouaque statuta erant, prouti hæc tradit GODOFREDVS MONACHVS ad a. 1233.

(a) *P. II. der Reichs-Sagungen. Cap. 15.*

(b) *Lib. V. Cap. 108.*

(c) Id quod verbis præcedentibus Imperator expresse sancierat,

§. XIII.

Post infi-
tutasAcade-
mias Jus
Rom. ad-
huc majora
cepit incre-
menta.

Erectis vero seculo XIV. Academiis (a) ad summum Jus Rom. euectum est vestigium. Professores enim Juris Ciu. & Can. in illis publica auctoritate constituti sunt, (b) de domesticis autem juribus, & qui illa docerent, tunc cogitatum esse, nullibi legitur, hinc factum, vt de hisce in Academiis altum magna ex parte exserere debuit, dum nec Judices, nec Aduocati alius Juris doctrina, quam Ciu. & Can. imbuti fuerint, & horum jurium dispositiones, eo inconuenientius saepe applicarunt, (c) quo major barbaries adhuc circa Sec. XIV, & XV. inter JCTos in scholis, forisque regnabat. (d)

(a) Antiquissimæ sunt HEIDELBERGENSIS, PRAGEN-
SIS, & VINDEBONENSIS. Nostra autem sedes Mu-
sarum, qua hic ROSTOCHII floret, floreatque in per-
petuum, fundata est demum seculo insequenti XV. anno
scilicet 1419, prouti hoc ex ipsa *fundationis Bulla* appa-
ret. Vid. CONRING, de *Antiquitatibus Academicis*, p. m.
47. THOMASIVS, de *vite formando statu Controuersia*,
vtrum LL *Justin. sit frequens, an exiguus usus in foris*
Germ p. 25. seq. B. STRYKIVS in Discursu pralim. V.
M. §. 22.

(b) Priuilegia hoc approbantia collegit *Cel. STRVVIVS*
in Hist. Juris Cap. VI. §. 30.

(c) Id quod præcipue in materiis Juris publ. factum. Hinc
Electores comparati sunt cum Præfectis Prætorio, quia
horum potestas fuit summa, vt nequidem appellatio ab
iis concederetur. *l. vn. §. 1. ff. de Officio Præfecti Præ-*
torio.

(d) Imo JCTi humaniores demum Sec. XVI. florere incepe-
runt, inter quos ANDREAS ALCIATVS agmen ducit,
quem CVJACIVS, PI THOEI, BRISSONIVS, aliique
insecuti sunt.

§. XIV.

§. XIV.

Hac itaque Juris peritorum, quorum numerus ad modum crevit. cum jura jam in ipsa nostra Germania addisci poterant, vti semper, ita & hoc tempore fuit intentio, vt jura peregrina solitarie, ac vnice in foris regnarent, nec aliud velle illis ob ignorantiam jurium germ. permillum fuit. Subsidiis enim necessariis Politices, Historiæ, Antiquitatum, & Philosophiæ sobriæ destituti erant, cum humaniora studia denuo florere inceperunt demum circa Sec. XV. (a) paulo ante tempora reformationis.

Ob majorem JCo-
rum frequen-
tiam.

(a) vid. BVRCARD. GOTTHELFF. STRVVII *Diff. de fatis, restauracione, & incrementis rei literariæ apud nostros.*

§. XV.

Quales effectus hæc omnia produxerint, facillimo negotio, etiamsi testimoniis historicis destitueremur, ex nexu rerum præsumendarum concludere magna ex parte possemus. Hinc enim auctoritas speculorum cessauit, (§. IX.) ne amplius vim decidendi in judiciis haberent, hinc Constitutiones Cæsarum hæctenus promulgatæ obliuionis peplo inuolutæ sunt, (a) hinc varia J. R. placita, quæ singularem habuerunt rationem apud Romanos, & principis Reip. nostræ parum concinnis innisa sunt, multis in locis in praxi triumphare cæperunt, (b) imo firmiter habemus persuasum, si non adessent tam multa instituta, Germaniæ nostræ propria, Romanis autem vel prorsus ignota, vel sub longe alia forma cognita, ad quæ jura Rom. sæpius argumento a simili satis inepte applicata sunt, adeo, vt absurditas ejusmodi decisionum facillime cuiilibet in oculos incurrat, (c) jam dudum omnem Jurisprud. germ., præterquam quæ in juribus statutariis asseruata, penitus antiquatam esse. (§. XIII.)

Effectus,
qui JCo-
rum inten-
tionem
secuti.

(a) Nec GOLDASTVS, qui in *Collektione Constitutionum Imper.*, nec BVRCARDVS *Wormatiensis*, qui in *XX. h-bris* Confir-
tutionum

Imper. non sunt publica auctoritate confirmata, & continent multas Const. quæ subleſitæ ſi dei ſunt.

Cur Conſtitutionum Imper. vsque ad tempora Maximiliani I., pauciſſimæ hæcenus typis expreſſæ ſunt?

Reliquæ juris patrii, quæ hinc inde ſuperſunt, naturam Conſuetudinis induerunt.

bris Juris Eccl. varias hujusmodi Conſtitutiones collegerunt, & ſi quis alius exiſtet, publica auctoritate vnquam recepti ſunt. Imo optime ſcribit *B. Dn. BRVNQVELL.* in *Hiſt. Juris P. IV. Cap. IV. §. 3.* *Cave tamen, omnes hujus periodi Conſtitutiones, a GOLDASTO, Tom. I. Conſt. Imp. inſertas, genuinas eſſe credas, dubiæ enim pleraſque eſſe fidei, eruditi jam dudum obſervarunt.* De *Burcardo* vid. *CONRING. de O. J. Germ. Cap. XIX. p. m. 103. in ſn.* Egregium locum, cur Conſtitutionum Imperii, vsque ad Maximiliani I. tempora promulgatarum, pauciſſimæ hæcenus typis ſint editæ, vid. apud eundem *CONRINGIVM l. c. Cap. 27.* Scilicet ſcribit: *typographia arte nondum inuenta, Imperii decreta tantum ad paucos potuiſſe pervenire.* Hinc illorum adhuc nonnulla in Tabulariis, præſertim Moguntinis latere, indubium eſſe, exiſtimat.

(b) vid. *WILDVOGELII Diff. de LL. quarundam Juſtin. non uſu in Germania foris, ex earundem rationibus nec quidquam probando.*

(c) Ita applicata ſunt jura ſeruorum Rom. ad noſtros homines proprios, jura municipalia, ad noſtras Imperii Ciuitates mediatas, jura bonorum dotalium, paraphernalium, & receptitorum, vbi tamen Communio bonorum inter Conjuges adhuc ſeruatur, &c. Imo *jurium peregrinorum contagione, ita ſæpe inſectas eſſe juris patrii reliquias, ut Majores, ſi redierint in vitam, eas vix eſſent agniture, teſtatur III. HEINECCIUS in Elem. Juris Germ. Proæmio §. 16.*

§. XVI.

Denique hinc factum, vt, quæ jura patria in judiciis germ. ſeſe hinc inde adhuc conſeruarunt, haud aliter, quam meræ Conſuetudines conſiderata ſint. Nec ſecus fieri potuit, dum Juri plerique, quæ eſſet cauſalis praxeos, in Jure Rom. minime fundatæ, ſciuerunt cum ignariſſimis. (§. XIII.)

§. XVII.

§. XVII.

Omne autem hic ferunt punctum sanctiones Imperatorum publ., in quibus ad Jus Rom. tanquam ad jus Commune prouocatur. Optime enim, quæ hæctenus dicta, non tantum ex hisce probari, & illustrari possunt, sed hoc etiam hæc LL. publicæ efficiunt, vt Jura Rom. prouti dicit *Doctissimus Dn. WESTPHAL.* (a) ex illis temporibus obligarint non amplius solius rationis, & docentium consilio, sed ex voluntate publicæ sanctionis, & necessitate legis.

Antecedentia probantur per Constt. Imperatorum.

(a) In Tractatu: *de Juris R. indole, & obligandi diuersa ratione, ac dignitate in foris apud Romanos, & Germanos Cap. II. §. 4. lit. (x.)*

§. XVIII.

Non adest quidem lex publ., qua LL. veteres Germanorum essent abrogata, & constitutum, vt loco earum Jus Rom. obseruaretur, qualem a Maximiliano I., cum sec. XV. iudicium Camerale ordinaretur, latam esse, aliqui venditarunt, freti auctoritate LEHMANNI. (a) Nullibi enim talis lex inuenitur, & præsumendum est, si talis Constitutio emanasset, illam omnino literis fuisse demandatam. (b)

Receperunt Imp. Jus R. non quidem expressis verbis.

(a) *Lib. IV. Chron. Spir. Cap. 21.* vid. B. BRVNQVELL. in *Hist. Juris P. III. Cap. X. §. 30. p. 550.*

(b) *KVLPISIVS de germ. LL. vet. ac Rom. Juris, in Rep. nostra Origine, auctoritateque presentis, ita scribit p. m. 406. De tali Constitutione Maximiliani quidem multos loquentes audiui, qui eandem produxerit, vidi meminere. Porro pergit: In re tanti momenti, & cui aliunde fides fieri nequit, solius LEHMANNI auctoritate stare velle, absurdum est, quanquam alias ejus sat grauis est auctoritas.*

§. XIX.

Sed quid opus fuit tali Constitutione, cum jam ipso facto ex prouocationibus ad Jus Rom., quæ toties quoties in LL. Imperii deprehenduntur, & non tantum in

Sed tamen ipso facto.

C

procel-

processualibus, (a) sed etiam in ipsis causarum meritis factæ sunt, apparet, Imperatores, & Imperii Ordines voluisse, vt in posterum secundum jus R. iudicaretur.

(a) In processualibus tantummodo Jus Rom. receptum esse, adstruere intendit KVLPIVS, *cit. Diss. epist. p. 384 seq. & p. 406.* At Constitutiones sibi aduersantes omittit. Præterea multas adducit veterum Constitutionum, quibus Consuetudines Veteres adhuc sunt confirmatae, sed nouiores, quibus demum Jus R. tanquam commune agnatum est, iidem silentio præterit.

§. XX.

Hoc probatur Re-
form. Pol.
Sigismun-
di.

Extant enim jam Sigismundi Imperatoris Dispositiones, (qui a. 1411. Caesar fuit electus, & ita illius ætas haud adeo multo post institutas Academias in Germania incidit,) in *Reform. Pol.* apud GOLDASTVM, (a) quibus ita cauetur: Man soll an allen Hauptgerichten, da man über das Bluhrt richten mag, haben ein Kayserl. Recht-Buch, daß man richte nach Recht, & porro: Wer aber Sach, daß in den Rechten jedwerm Theil zu kurz bescheh, des ihn deucht, so mag man die Sache ziehen für einen Geißl Meister, (Doctorem Decretorum) und einen Weltl. Meister, (Doctorem Juris Ciu.) hos autem iurium patriorum ignaros fuisse, supra ostendimus. (§. XIII.)

(a) *Tom. II. der Reichs-Sagungen Cap. XIII. §. 5. & 8.*

§. XXI.

Fridericus
III. quidem
fecus scri-
psit.

Fridericus III. quidem minime fauit, tum Doctoribus Iurium, tum ipsi Juri Rom., quatenus in foris nostris primatum tenere voluit, prouti adparet ex ipsius *projecto Reformationis de a. 1441.* (a) Vbi *art. V.* sequentia inueniuntur verba: Alle Doctores der Rechten, sie seyend Geißl. oder Weltl. im Zeyl. Römischen Reich Teutscher Nation, sollen nach laudt der fürgenommenen Reformation an keynem Gericht, bey keynem Rechten, uich in keyns Fürsten, oder andern Rächten mer gehalten,

litten, sinder gang abgethon werden, sie sollen auch fürterhin vor Gericht, oder Recht nicht weiter reden, schreiben, oder Raht geben. *Et Art. VII. dictæ Reform. ita legitur: Alle Kayserl. Weltl. Rechte, so bisher im Heil. Römischen Reiche Teurscher Nation ihren Sürgang gehabt haben, sollen fürbashi alle tode, und abe seyn, ausgenommen, was zu der Notdurfft erkandt wird. Verum de hac Reformatione, & illi sub-*

jecta declaratione sic judicat CHRISTOPH. BESOLDVS: (b) Hac Reform. & Declaratio nunquam nacta fuit Legis vi-

est. Alit intentione ipsius caruit effectu.

(a) Exstans apud GOLDASTVM, Tom. I. p. 166.

(b) *Discursu Pol. de præmissis, pænis, & Legibus, Cap. VIII. §. 5.*

§. XXII.

Et quomodo aliter euenire potuit, dum si adhuc aliqui, certe tamen perpauci superesse potuerint, (a) qui exactam consuetudinum Majorum notitiam in sua connexionem, (b) haberent. Justitiæ autem administrationem, vnus cuiusque iudicis conscientia relinquere, in statu nostro corrupto nec fit, nec vnquam fuerit consultum. Hinc impossibile fuit, vt tali Constitutione Legitæ, & Jus Rom. e Germania nostra eliminari potuissent, imo hisce dispositionibus non obstantibus etiam sub ipso nostro Friderico III. in pace publ. Milbenstadiensi (c) ad jura peregrina: *Auf die Geißl. und Kayserl. geschriebenen Rechte, prouocatum est. Idem factum in pace publ. Ratisbonensi de a. 1471. (d).*

(a) Jura enim Rom. hoc tempore jam omnem in foris faciebant numerum, id quod vel ex ipsis præcedentis Imperatoris allegatis dispositionibus apparet.

(b) H. e. in toto suo Complexu.

(c) Apud MÜLLERVM P. IV. Cap. 41.

(d) Apud eundem P. IV. Cap. 15.

C 2

§. XXIII.

§. XXIII.

Constituti-
ones Imp.
post ere-
ctum jud.
Cam. Jus R.
ranquam
commune
agnoscunt.

Postquam autem deinde sub Maximiliano I. (a) ju-
dicium Camerale institutum fuit, Jus Rom. in possessio-
ne sua vel quasi, quod secundum illud lites in foris
nostræ Germaniæ deciderentur, amplius turbatum esse,
non inuenitur, sed potius tum ex ipsa prima Ord. Cam.,
tum ex omnium subsequentiū Imperatorum Constitu-
tionibus quilibet, qui non fungum pro cerebro habet,
facillime perspicere poterit, hanc Cæsarum fuisse inten-
tionem, vt Jus Rom. non ex hac vel illa parte, sed in
totum, quatenus in Germania nostra possit applicari,
valeat, vimque decidendi in foris habeat.

(a) Anno sc. 1495. vid. STRVVII Einleitung zur teutschen
Reichs-Historie, zweyter Theil §. 67.

§. XXIV.

Allegantur
quædam

Plerasque huc pertinentes Constitutiones allegare,
superfluum esse, existimamus, cum hæ ab aliis jam sa-
tis superque collectæ sunt. (a) De aliquibus autem,
vt hic mentionem faciamus, non abs re esse, iudicamus.
Sic in *Ordin. iudicii Cam. Worm.*, promulgata a. 1495.,
§ 20. disponitur: So soll hinfür das Cammer-Gericht
die Appellation von solchen Interlocutorien nicht an-
nehmen, &c. wie daß in Kayserl. Rechten geordnet,
und begriffen ist. ~~Im~~ cum a. 1507. *Rauisbonæ noua pro-*
diuit Cameral iudicii forma, egregie obseruat III. HEINEC-
CIVS, (b) hujus nullum esse titulum, nullum sphum,
in quo non *Jus Ciu. & Can.* eorumque glossæ, it. CYNVS,
PANORMITANVS, BARTHOLVS, BALDVS, SPE-
CVLATOR, ROFREDVS, similesque heroës vtramque
paginam faciant. In *Ordin. de Notariis*, de a. 1512., hi-
sæpius ad jura Cæsarea ablegantur: Sic. *Tit. I. §. 1.* le-
gitur: Dersgleichen nach Imhalt gemeiner Rechten,
oder löblicher Gewohnheit, und Gebrauch eines je-
den Orts eingeführt, und versehen ist. *Tit. II §. 2.*
Notarius injungitur: Sie sollen bey Testamenten Auff-
merckung

merckung haben, daß nach Kayserl. Rechtes sieben Zeugen dabey nöthig sind; *Vt hic alia loca, quæ huc spectant, silentio pratereamus.*

(a) *Vid. Dn. WESTPHAL. l. c. §. 4. lit. (z) STRVVIVS in Hst. Juris, Cap. VI. §. 30. & præcipue Excel. Dn. SIEBRAND. in Præsam. Diss. sistentis II. Decades jurium sing. larium Mecklenb. habitæ d. 18. Nou. 1716. hic Rostochii.*

(b) *Lib. II. Hst. Juris §. 102. §. XXV.*

Carolus V. in præf. C. C. expressfeldicit, se illam edidisse, daß alle, und jede unser, und des Reichs Untertanen sich hinfürret in Peinlichen Sachen &c. dem gemeinen Rechten, Billigkeit, und löblich hergebrachten Gebräuchen gemäß, halten mögen. In ipsa Constitutione sæpissime prouocatur ad Jura Casarea (auf die Kayserl. geschriebene Rechte.) *Vid. art. 117, 118, 120, 121. in Ord. Jud. Cam. & Aul. nouiss. etiam passim disponitur: Daß nach des Reichs gemeine Recht, Abschied, &c. ehrbare ländische Ordnungen, Statuten, und redliche ehrbare Gewohnheiten, solle gesprochen werden. II. Daß die Råthe nach des Reichs gemeinen Rechten, richten, und urtheilen sollen. Vid. Ord. Jud. Cam. Part. I. Tit. 13. §. 1. P. III. Tit. 53. §. 9. Ord. Jud. Imp. Aul. Tit. ult. §. 1. R. Imp. nou. §. 105. & præsertim in Ord. Jud. Imp. Aul. Tit. ult. §. 24. Daß die Kayserl. Wahl Capitul. alle Reichs-Abschied, Cammer-Gerichts-Ordnung, Münster- und Osnabrügischer Friedens-Schluss, Reichs-Matricul, Concordata nationis Germ, Corpus Juris Ciu. & Can. und der Stånde Priuilegia, damit man sich deren in zweiffelhaften Fällen gebrauchen könne, auf der Reichs-Zoff-Raths-Tafel sters vorhanden seyn sollen. Quod vero etiam collectio quædam veterum Jurum Germ. adesse debeat, nullibi inuenitur.*

- a) Per Jus Commune autem in Receffibus, cæterisque LL. Imperii, Jus R. quandoque etiam Can. intelligi, probat STRYK, in *Disc. præl. V. M. §. 25.* CONRING, de *O. J. Germ. Cap. 33. p. 209.*

§. XXVI.

Plerumque in illis jus Commune, & Consuetudines conjunguntur.

Interdum tamen ad alterutrum tantum prouocatur.

Hoc autem minime dissimulandum erit, LL. Imperii infimul etiam confirmasse Consuetudines Majorum, aut tantum, quatenus vsu seruantur. Sic pene semper in illis conjunguntur: **Gemeine Rechte, Kayserl Rechte,** &: **wohlhergebrachte Gewohnheiten**, prouti ex dispositionibus, §§. antecedd. allegatis, aliisque quam plurimis, satis superque notum est. Inueniuntur quidem loca, in quibus vel solius Juris Communis, vel solarum Consuetudinum, quæ supersunt ex institutis patriis, a) tantum fit mentio; aut hæc sunt perpauca. Ut exempla hac de re afferamus, Consilii Imperat. & Imperii aul. in *Ord. Jud. Imp. Aul. Tit. VII. §. 21.* jurare tenentur: **Dass Sie jezige, und künfftige des Heil Reichs Constitutionen, und Satzungen, neben denen gemeinen beschriebenen Rechten, die Kayserl. Wahl-Capitulation, Reichs-Hoff-Raths-Ordnung, und den jüngst getroffenen Frieden-Schluss in Uehr nehmen wollen.** Vid. etiam *Ord. Cam. Worm. de a. 1521. Tit. 32. §. 2. C. C. C. art. 104, 118, 120, 135.* In *Ordin. autem Jud. Cam. P. I. Tit. 3. §. 2.* ita disponitur: **Dass die Beystiger sollen der teutschen Nation Gebrauch, und guten Gewohnheiten erfahren seyn.** Vid. etiam *Decretum Comitiorum August. de a. 1548. §. 23, 24. Ord. Cam. de a. 1555. P. I. Tit. XIII. §. 1.*

- a) Consuetudines enim quatenus in Speculis existant, nunquam ab Imperatoribus confirmatæ sunt.

§. XXVII.

Jus R. quibusdam in locis expressa fan-

Coronidis loco hic quoque notandum, Jus Rom. in quibusdam Germaniæ nostræ prouinciis expresse receptum esse, id quod factum in Marchia Brandenb. 1527. In

In Frisia 1504. In Ducatu Brunsv. & Lüneb. vero 1567, actione re-
 repudiato Jure Saxon. a) In aliis autem altiores egerunt ceprum.
 radices Jura Saxon. prouti de Holfatia, & Silesia nonnulli
 attestantur. b) Confirmata enim adhuc sunt 1537. a In aliis ju-
 Christiano IV. Rege, & Friderico, Duce in *revidirter Land*, ribus Sa-
Gerichts-Ordnung Part. II. Tit. 3. ast cum additamento xon. pressi-
 quodam, ita enim ibi verba audiunt: *Es soll geurtheil us inhæse-
 ler werden in Mangel rechtmäßiger Gewohnheit, runt.*
 nach den Sachsen-Rechten dergestalt, wie wir des
 wegen dasjenige, was der Vernunft, und Billig-
 keit conform, auch unsern Fürstenthumben am nützlich-
 sten seyn wird, extrahiren und abfassen zu lassen, im
 Werck begriffen. c) Et de Silesia in *Sanctione quadam*
de a. 1641. Ferdinandus III. confitetur: *Dasß das Land*
Schlesien des Sachsen-Rechts sich gutten Theils von
Altres her gebraucht. Imo ipse Leopoldus M. in variis
rescriptis illud ibi Landtüblich vocavit, prouti factum
esse a. 1702, Dn. SEIDELIVS tradit. d)

- a) Vid. CONRING, *de Orig. Juris Germ. Cap. 33.*
- b) Vid. RINCK, vom Sachsen-Epiegel, S. 17, 18.
- c) Imo adhuc in Holfatia jura vetera Saxonica in causis
 Nobilium obseruari, testis est ERICVS MAVRITIVS,
JCtus Kilon. in Introd. ad praxin forensi., iplis Consiliis Ki-
 loniens. præ- & Fuchsi processui Holfatico affixa, §. 21.
 Vbi ita scribit: *In Holfatia nostra deficiente jure provinciali,
 & Consuetudine in Causis nobilium Juri Saxon. locus est.*
- d) Vid. RINCK, *l. c.* In nostra Megapoli Jura Saxon. quate-
 nus in Speculis exstant, non attendi, testatur Dn. COTH-
 MANN, *Vol. I Consil. 26. n. 219. seq.* & ipsa comproba-
 batur experientia. Conf. etiam *Excell. Dn. PRÆSIDIS*
Specim. I. Juris Mecklenb. §. 5, 29, & 30.

CAPVT

CAPVT II.

SISTIT

EXPLICATIONEM RVBRICÆ, FORMATQVE STATVM CONTROVERSIAE,

§. XXVIII.

Connexio.

EX præmissa receptionis Juris Rom. historia jamjam eo majorem accipiet lucem, quid hoc Cap. tum de explicatione rubricæ Dissert. præsentis, tum de rite formando statu Controversiæ propositæ quæstionis hic afferre, ac seqq. §§. specialius exponere, necessarium duximus.

§. XXIX.

Quid hic sub nomi-
ne Juris R.
veniat.

Quod per Jus Rom. Corpus illud Legum, Jussu Imperatoris Justiniani compilatum, vulgoque notum, communiter intelligatur, neminem, qui saltim primis labijs Jurisprud. nostram attigit, fugere potest. Excludimus autem hic statim, quicquid post Nouellas Justiniani in Corpore nostro Juris occurrat. *Edicta enim, & Constitutiones Justiniani, Justiniani, Tiberii, Leonis*, aliorumque Imperatorum hic parum curamus, quæ ne utiquam auctoritatem in decidendis litibus, prouti tantum non omnes vno ore fatentur, adeptæ sint, a) & sic hoc intuitu inter libros apocryphos juris nostri corporis, (vt hoc nomine illas designare liceat) merito referantur. b) Nec de libris feudorum Corpori juris subjunctis hic solliciti erimus. Adfunt enim rationes, cur non omnia, quæ in subsequentibus de quatuor primariis partibus Juris Justiniani affirmabimus, etiam de his prædicare liceat.

a) Nimirum omnis Juris Rom. in Germania nostra auctoritas dependet a Jctis, qui hoc primum privato usu introduxerunt, (S. III, XIII.) Hi autem hæc *Edicta, & Consuetudines*

Constitutiones palmariis Corporis juris partibus æquipolle-
re, minime statuerunt, id quod vel exinde patet, quia
Glossatores illas haud suis condecorarunt glossis. Vid. CV-
JACIVS. *Obs. XVII.* 31. Vnde nec Nouellæ non glossatæ
cum cæteris eandem præ se ferunt præsumtionem.

- b) Vid. LAVTERBACH. in *Collegio Theoretico-Practico. Pro-
leg. §. VI. n. 6. Excell. Dn. PRÆSIDIS Diff. de iis, quæ pra-
gmatica sunt in Hist. Juris Justin. p. 17. §. 20.*

§. XXX.

Merito hic etiam excludimus illas hujus ita detersi
minati Juris dispositiones, quæ principiis Reip. (§. XV. c.) Distincte
religionisque nostræ reformatæ a) parum concinnis ni- est conside-
tuntur. Quum enim absonum est, illas in foris nostris randum.
applicare, frustra de earum prærogatiua, quæ ipsis præ
veteri Jure germ. competeret, quæreretur. Specialio-
rem autem hic merebuntur considerationem illæ Juris
Rom. dispositiones, quæ non quidem principiis statui,
religionique nostræ aduersantibus, innituntur, aut tamen
specialem apud Romanos habuerunt rationem, apud nos
penitus, & in totum cessantem. b)

a) Huc multæ pertinent LL. in prioribus Titulis, Lib. I. C.
extantes.

b) Huc referri potest: pacti de quota litis prohibitio *L. 53.
ff. de Pactis, l. 1. §. 12. ff. de extraord. Cognit. it. Scutum
Macedonianum.*

§. XXXI.

Jus Vetus Germania hoc loco constituunt illa jura, Quid Jus
quæ in Germ. & apud gentes germ. originis proxime vetus Ger-
ante receptionem Juris Rom. imo & postea vsque ad Sec. manie de-
XV. probabiliter tanquam communia vigerunt. Exci- notet.
piuntur itaque hic statim singularia Prouinciarum, Ciu-
tatumque Jura prouincialia & municipalia, a) quæ jam
ante receptionem, vel non multo postea b) compilata
sunt. Præcipue huc pertinent *Specula, Constitutiones Im-
peratoria vsque ad tempora Friderici III, ac Maximiliani I.* Fontes Ju-
ris Germ.

D

emana:

emanatæ, (§. XV. a) & si quæ alia jura apud Majores obtinuisse ex Diplomatibus, & monumentis historicis fide dignis juxta probari possunt. c)

- a) Hæc ob majorem certitudinem, perpetuamque obseruationem longe aliter considerari debent, quam illa, quæ sub nomine veteris Juris Germ. communis veniunt.
- b) Huc spectant potissimum Jura provincialia Austriae, Bavarica, Statuta Lubecensia, Hamburgensia, cætera. Vid. *Dn. HEINECCII. Historia Juris Lib. II. §. 83. seqq.*
- c) In his enim multa inveniuntur Jura, quæ in Germania nostra viguerunt, aut & in *Speculis*, & in *Constitutionibus Imp.* hæcenus editis frustra quaeres. Sic non temere aliunde probaueris, *Jus Albinagii* jam sub *Carolingis* etiam in Germania viguisse, quam ex *Diplomate Hobenaugiensi* apud *MABILLONIVM* in *Annal. Benedictinis. Tom. II p. 697.* Nec temere aliunde ostenderis, Principes Germ. olim tutelam fructuariam Vasallorum, Ciuiumque suorum gessisse, quam ex *Diplomate Sec. XIV.* apud *BITKENS* in *Trophæis Brabantia p. 48. in probationibus*, id quod didicimus ex doctissimis discursibus *III. HEINECCII ad Tom. I. Elem. Juris germ.* De fontibus Juris Germ. tum antiquioribus, tum nouioribus consulatur *Dn. HOFFMANN*, in *Diss. de Jurisprud. germ. principis & fontibus. Dn. WESTPHAL. de distincta practica ratione in Jure priuato Rom. Germ. p. 57. lit. p)*

§. XXXI.

Nec omnia
Jura Germ.
vnius, ejus-
demque
generis e-
xistunt.

In hisce autem quoque probe sunt distinguenda jura, quæ principiis jam dudum, præsertim apud Protestantibus profligatis, a) innituntur, vel specialem habuerunt rationem jamjam penitus cessantem, quorum etiam pertinent *Friderici III.* dispositio: *Dass alle Kayserliche Rechte fürbass hin alle tode, und abe seyn sollen*, (§. XXI.) quippe quæ ex singulari odio aduersus *JCos*, & *LL. Rom.* prouenit, & multa ad statum nostræ Germaniæ publ. pertinentes, quæ ideo pro instituti ratione

tione prorsus negligimus; ab illis, quæ ita sunt comparata, vt nulla obstat ratio, quo minus in praxin possent deduci. Priora enim hic ad nos non pertinent.

a) Huc spectant dispositiones potissimum, suprematui Pa-
pali nimium fauentes, aliæque, e. g. Daß der Kayser
dem Pabst, wenn er zu Pferde steigt, soll den Steigbügel
halten: Daß ein jeglich Christen-Mann den Seegen su-
chen soll drey-mahl im Jahr, &c. Vid. Jus prou. Saxon.
Lib. I. Art. 1, 2, 3. Lib. III. art. 44, 45. Cont. Scriptum
LEVBERI: Von einigen der Stadt Magdeburg gerühm-
ten Privilegiis.

§. XXXIII.

Et hæc sunt jura, de quorum prerogatiua in præ-
fenti quaestio erit instituenda. Per prerogatiuam autem, ua, quid?
nil aliud intelligimus, quam adtributum quoddam rei
vel personæ ob singulares qualitates, quibus aliis antecel-
lit, competens. Quum autem variæ in vnoquoque sub-
jecto possint dari qualitates, ipsi præ aliis præferentiam præ altero
quandam concilians; Sic hoc etiam de adductis juri-
bus dici potest. Itaque, quum nequitiam animus est, Variè vni
omnia hic accumulare, quæ prerogatiuam quandam præ altero
Juri Rom. præ jure veteri Germ. conciliare possunt; a) præter
reterioribus adhuc limitibus hanc in rubrica D fert, circum-
scribere placuit, ita, vt hic tantum agamus de præroga-
tiua vnus præ altero horum jurium in decidendis liti-
bus forensibus. Hic sermo
tantum de
prærogati-
ua a terutri
Juri com-
petens in
decidendis
litijs.

a) Sic omnino Juri Rom. est pretium statuendum ob plenio-
rem principiorum generalium enucleationem, casuum
specialiorum decisionem, cætera. Sic latus nobis etiam
hic aperiretur campus, æquitatem singularium dispositio-
num vtriusque juris sub eadem vocandi, & cui hanc
ob causam potissimum prerogatiua sit tribuenda. Imo
& Juribus Germ. in quibusdam passibus non omnis de-
neganda est prerogatiua; Sic e. g. mores & consuetudines
patriæ communiter genio populi magis sunt accommo-
data,

data, quam LL. scriptæ præsertim extraneæ. Vid. WILDVOGEL, *de fontibus Juris Rom.* §. 19. Sic majores deprehenduntur subtilitates in Jure Rom. quam Germanico, cætera.

§. XXXIV.

Hæc potissimum quaerenda in quaestione: secundum quodnam jus in dubio pronuncian- dum?

Quum autem sæpius in judiciis secundum normam Juris Rom. sæpius secundum normam Juris Germ. pronunciatum, obuenerit quaestio, si in casu quodam dispositiones vtriusque juris sibi inuicem contrariantur, & dubium, cujus juris placita hæctenus specialiter in hoc illo- ue loco in casu certo obuenerit secuti sunt in pronun- ciando, quodnam jus alteri sit præferendum? Et hoc si de Jure Rom. euincemus, illi omnino prærogatiuam præ jure vet. Germ. competere, ex ipsa prærogatiuæ defini- tione (§. XXXIII.) tradita, quam luculentissime patebit.

§. XXXV.

Alia adhuc potest adesse quali- tas, alteru- tri juri præ- rogati nam in deciden- dis litibus concilians.

Cujus ta- men non a deo ratio habenda.

Et hæc prærogatiua in decidendis litibus Juri Rom. competens, merito *κατ' ἑξῆς* ita dici potest. Etsi enim quoque alia queat adesse qualitas, propter quam præro- gatiua vni præ altero jure etiam circa ipsam, casuum fo- rensium determinationem posset competere, si nimirum inuestigemus, cujus juris dispositiones in pluribus locis, habita iusta proportione, maxima ex parte attenduntur; a) hæc tamen secundario tantum ita nominari mereretur, quum si ex hoc capite quis alterutrius juris prærogatiuam vellet monstrare, nihilominus nostra proposita quaestio prius esset excutienda, quippe ex qua pro parte hujus modi inuestigatio dependeret. Qui enim juri veteri Germ. iusto plus fauent, illi certe multarum dispositio- num Juris Rom. non-vsum affirmant, quas alii in viridi obseruantia esse, acriter propugnabunt, & contra, qui Juri Rom. plus iusto indulgent, facillime in excessu pec- cabunt, multorum Jurium Rom. vsum sine omni ratione adstruentes, prouti hoc superioribus Sæculis multoties factum.

factum. (§. XV. c.) Nedum, quod tota hujus causæ percrutatio magis curiosa, quam pragmatica existat. b)

- a) Huc pertinet *Diff. THOMASII, de rite formando statu Controuersæ, an frequens LL. Juris Justinianei, an exiguus sit usus practicus in foris Germ.* it. *WERNHERI, de Vsu Juris Justinianei in Judiciis Germaniæ non exiguo.*
- b) Ab vno casu ad alterum enim hic non potest concludi. Si enim probatum, in dubio secundum Jus R. pronuntiandum esse, nil ad rem facit, etsi quam plurimi possent adduci casus, in quibus in certo quodam loco semper sec. Jus germ. iudicatum sit.

§. XXXVI.

Primæ itaque quæstionis, §. 34. propositæ pertractationem hic sistere tantum intendimus, & illius decisionem plenariam, ex principiis potissimum historicis, Cap. superiori stabilitis, iusto ordine deductam, nostræ curæ relictam esse omnino putamus. Separatim autem rationem habebimus, præcipue quidem illarum Germ. prouinciarum, vbi neutrum horum jurium speciali Legislatoris sanctione confirmatum, at tum etiam illarum in quibus alterutrum hanc fortunam expertum est; Specialem autem confirmationem non inuoluunt verba enunciatiua Legislatoris, a) sed debent adesse dispositiua,

Specialiter
consideran-
dum, v-
trum alter-
utrum Jus
alicubi con-
firmatum,
nec ne.

- a) Hæc tamen instar priuati testimonii possunt produci, ad probandum, quousque quouis tempore jura peregrina iam triumpharunt in foris ejusuis prouinciæ, nec ne. Exempla vid. supra §. 27. & speciatim quod ad nostram Megapolin attinet *Dn. SIEBRAND, Dissert. supra all. Præfat.*

CAPVT III.

DEMONSTRAT,

QVOD, ET QVATENVS IURI ROM.
COMPETAT PRÆROGATIVA IN DE-
CIDENDIS CONTROVERSIIS
IUDICIALIBVS,

§. XXXVII.

Connexio.

QVum itaque prærogatiua Juris Rom. præ veteri Ju-
re germ. in decidendis litibus sese potissimum
exerit in casu, si vtriusque juris dispositiones fi-
bimet inuicem contrariantur, (§. XXXIV.) & solam
hanc causam in præsentem pertractare nobis animus est;
(§. XXXVI.) hujus decisio autem maxima ex parte de-
pendeat ex historia receptionis Juris Rom. in foris Ger-
mania; (§. I.) hinc hujus loci esse autumamus, sequen-
tia hic tradere exinde deducta axiomata: I. Jus Rom.
non vno quasi impetu, sed pedetentim sese in fora no-
stra insinuauit. (§. III, VII, XIII, XXII.) II. In Academiis
nostræ Germania a primis illarum initiis vsque ad hæc
tempora excultum, & studiosæ iuuentuti propositum est.
(§. XIII.) III. Ad illud tandem peruenit fastigium, vt
ab Imperatoribus tanquam Jus commune in Legibus Im-

Axiomata
de Jure R.De Juribus
Germ.

perii publ. agnitum sit, (§. XVII. seqq. XXIII. seqq.)
IV. LL. Veteres *Saxonum*, *Bajuariorum*, *Alamannorum*,
cui Jus Rom. primo ex Italia in Germaniam transueni-
ret, non amplius in totum legis vigorem habuisse, omni-
no præsumendum est. (§. IV.) V. Specula & Weichbil-
d in Magdeb. priuata auctoritate compilata sunt. (§. VIII.) VI. Magnam in foris obtinuerunt quidem aucto-
ritatem, ast VII. nondum ipsa liquet, contentas in his
libris consuetudines vniuersæ Germaniæ communes esse.

iffe. (§. IX. d.) VIII. Circa Sec. XV. ad illos libros pro-
uocare in defuetudinem abiit. (§. IX.) IX. Constitutio-
nes Imperatoris vsque ad tempora *Friederici III. & Ma-*
ximiliani I. magna obscuritate laborant. (§. XV.)

§. XXXVIII.

In genere autem de veteri Jure germ. hæc capi-
enda: I. Nec Collectiones, quæ exstant, Constitutionum
Imperial. nec Jura vetera Saxonica, & Sueuica vnquam
LL. Imperii sunt confirmata. (§. IX. XV.) II. Hi libri non
continent omnia jura, quæ tum ante, tum primis tem-
poribus post receptionem Juris Rom. in Rep. nostra obti-
nerunt. (§. XXXI.) III. Reliquia Juris germ. sese hinc
inde in foris tanquam Consuetudines conseruarunt, &
eatenus etiam in LL. Imperii nouioribus confirmata
sunt. (§. XVI. XXVI.) IV. In Academiis Jus germ. pro-
fus neglectum est. (§. XIII.)

§. XXXIX.

Deinde: Lex in latiori significatu sumpta, est pro-
positio obligatoria, a superiori præscripta; a) nulla vero
propositio obligationem apud quendam in mundo pro-
ducere potest, si quis talem nec scit, nec apud Peritio-
res ejus notitiam sibi acquirere potest. Hinc Axiomata:
I. Omnis Lex a superiori præscribitur, & in subditis ob-
ligationem producit, siue Imperans de nouo aliquam
ferat, siue jam exstantem confirmet. II. Lex vel vulgo
nota, vel ad minimum ita comparata esse debet, vt fa-
cili quilibet negotio ad notitiam ejus peruenire possit.

Lex quid sit?
Axiomata.

a) Præscribit autem superior Leges, non tantum si nouas
fert, sed etiam, si jam exstantes confirmat.

§. XL.

Porro: experientia nos edocet, plerasque Resp. erga
inuicem consideratas, plane diuersas esse, peculiare ha-
bere rationes status, ac peculiaria instituta, ipsis præ-
ceteris propria, imo quamlibet gentem specialem habere
indolem, ac in quolibet populo nos singulares spectare
mores

In Rebusp. inter se consideratis magna ad-est differen-
tia.

Vnde hæc
proveni-
ant?

Axiomata.

mores, apud exteros non adeo obuientes. Et cum hæc quasi ex insita quadam ipsarum gentium qualitate dependeant, ejusmodi institutis, statui publico, & genio suo optime conuenientibus, quilibet populus plerumque adeo mordicus inhæret, vt nec LL. tolli, vel extirpari possint. a) Et hoc intuitu etiam inter Germaniam nostram, & Itatorum regnum maximum intercedit discrimen. b) Firmissimum itaque est, quod I. Germania nostra gaudeat ratione status, & jure publ. ab Itatorum longe diuerso. II. Germanorum mores etiam toto cœlo ab Itatorum differant. III. Ipsa quadam naturalis, & cuilibet populo insita qualitas hosce effectus producat. IV. Leges talia instituta, fundamentum in ipsa gentium indole habentia, eradicare sint insufficientes. V. Jus Publ. & ratio status LL. exteris, quæ tantum juris dicundi gratia receptæ & eatenus quoque solummodo confirmatæ sunt, (§. XX. XXIV. seq.) nec mutari possint, nec debeant.

- a) Hoc vel ex singularibus certaminibus, vulgo Duella vocatis, patet. Quum enim hæc ex bellicosa Majorum nostrorum indole originem trahunt, nostri Legislatores illa nec tot edictis duellis, in forma arctiori, imò sub pœna capitali sæpius reiteratis, prorsus eliminare valent.
- b) Sic, si jus publ. spectamus, nostri Magistratus prorsus alius sunt generis, ac Romanorum Præsides prouinciarum, Proconsules, Ædiles, Præfecti, & qui sunt cæteri; Et idem etiam de diuersa Jurisdictionis Romanorum Germanorumque qualitate affirmandum. Sic propter singularem rationem status apud nos cessantem, Romani multa Jura militum specialia, multaque πολυπαιδείας privilegia introduxerunt. Sic diuersi deprehenduntur inter vtramque gentem mores, si Germanorum fidem, sinceritatemque spectamus. Vid. TACITVS de moribus Germ., passim. §. XLI.

§. XLI.

Denique ex generali LL. ciuiliū ratione satis su- Ratio LL.
perque notum est, has sepe pro conditione temporum, est atten-
& circumstantiarum ferri, qua itaque cessante, ipsam denda.
legis, ad hanc respectum habentis, dispositionem am-
plius non obtinere, per se patet. Hinc axioma est:
Cessante legis ratione adæquata, & in totum, cessat lex
ipsa. Vid. Dn. BOEHMER. in *Jure ff. Tit. de J. & J.*
§. 6. EJVSD. *Introd. in jus publ. vniuersale. Lib. II. Cap. III.*

§. XLII.

Jam si hæc principia rite inter sese conferamus, si Jus Rom.
consideremus, Jura Rom. semper in Academiis nostris juri Germ.
exulta, (§. XXXVII. 2.) ab Imperatoribus in LL. Impe-
rii tanquam jus commune agnita; (§. XXXVII. 3.) Jura
Germ. autem in Academiis plane neglecta, (§. XXXVIII.
4.) nullamque illorum collectionem ab Imperatoribus,
vt vim legis haberet, confirmatam esse, (§. XXXVIII.
1.) nec has collectiones omnia jura, quæ in Rep. no-
stra obtinuerunt, continere; (§. XXXVIII. 2.) etiam
exinde jam in folle posset concludi, Juris Rom. disposi-
tiones placitis jurium germ. omnino præferendas esse.
Multo clarius autem hoc nostrum assertum elucebit, si ex
principiis, §§. antecedd. positis, conclusiones pronò al-
ueo inde fluentes, eruemus. Ex quibus insimul tum
imbecillitas argumentorum, qui contrariam propugnant
sententiam, a) tum etiam in quantum Juri R. pretium
sit statuendum, luculenter patebit.

- a) Veritatis enim eximium argumentum esse, si non modo
ipsæ doctrinæ firmissimo nexu cohærent, sed & aliorum
dubia ex iis dextre solui possunt, optime scribit Dn.
HEINECCIUS, in *Elem. Logices. Cap. IV. Sect. IV.*
§. 239. in *schol.*

§. XLIII.

Quum ergo Jus Rom. non vno quasi impetu, sed De auctori-
pedetentim sese in fora nostra insinuauit; (§. XXXVII. 1.) tate Juris R.
E conse

ex recentiorum Jctorum scriptis, & no- uioribus LL. Imperii judican- dum, consequens est, 1. si ex aliorum testimoniis, & præfer- tim ex ipsis LL. Imperii monstrare volumus, quousque tandem Jura Rom. in praxi præualuerunt, admodum incongruum esse, veterum auctorum, qui vixerunt iis temporibus, quum Jura Rom. nondum tam altas apud nos egerunt radices, prouti hoc postea factum, loca colligere, veterumque Imperatorum Constitutiones, qui primis illis temporibus emanarunt, coaceruare, a) sed 2. nouiores sunt inspiciendæ sanctiones Imperii, & re- centiora Jctorum scripta, b) ad præsentem Juris Rom. in foris nostris vigorem exinde probandum.

Notatur
KVLPI-
VS.

a) Merito inque notandus est KVLPIVS, qui in *Diff. epist. cit.* in qua vetera jura patria nimium euehere stu- dit, vtrumque egregie præstitit. Vid. *ipsa Diff. p. 1. m. 369. seqq. 406. seqq.* & nescio quo factum, quod nor- etiam *Ord. Cam. de a. 1507.* fecerit mentionem, in qu- præter *Glossas*, aliosque Juris Ciu. *Commentatores*, etiam *Speculator*, etsi tantummodo, vt alius priuatus Jctus, ad huc aliquoties allegatus est, (*vid. supra §. 24.*) quin- tamen alias admodum curiosus fuit omnia conquirendi quæ ullo modo quicquam ad stabiliendam suam thes- conferre potuerunt.

Qui recen-
tiorum DD.
hic intelli-
guntur;

b) Et quædam illorum, qui nondum ad sensum præbuerunt aditruentibus: jura Germ. iuribus Rom. præferri debere quippe qui doctrinam anteriorum Jctorum continuant. Dum enim tantum testimonium quaritur, quousque Jus Rom. in judicia nostra penetrauerit, multi recentiorum autem jam tenent hypothesin, jura Rom. patriis est- postponenda, horum testimonium de vsu Juris Rom. in foris nostris, non potest non esse valde suspectum. (*vid. supra §. 35.*)

§. XLIV.

Effectus ex neglectu Ju- ris patrii fluentes, Quum porro Jus Rom. in Academiis nostris germ. semper excultum, & Jurisprudentiæ operam nauantibus propositum est, (§. XXXVII. 2.) Jura germ. autem in Acade-

Academiis prorsus neglecta sunt; (§. XXXVIII. 4.) fuit exinde 1. Jctos jurium Rom. probe gnaros, patriorum autem ignarissimos existisse. 2. Hos, si consulebantur, non secundum Jus Germ. sed Rom. responsa dedisse. 3. Item, si in judiciis adhibiti fuerint, a) non secundum Jura Germ. sed Rom. judicasse, & quum hæc a Sec. XIV. b) & jam ante, pene vsque ad nostra tempora c) semper ita processerunt, nullum autem Jus, quod ab omnibus ignoratur, obseruari potest. (§. XXXIX. 2.) hinc 4. Jus Rom. in quantum potuit, actu penetrasse. d) Quid igitur mirum, si exinde præ Jure Germ. nactum sit prærogatiuum.

a) Id quod necessario euenire debuit, dum Jus Nat. est sat amplis circumscriptum sit limitibus, adeo, vt sufficiens sit, si non omnes, tamen certe plerasque dirimendi lites. Vid. *Dn. BECKERI. Professoris in hac Alma celeberrimi, Diss. de diuerso gradu euidentiæ, & obligationis LL. naturalium*; nihilominus tamen omnino in Rep. LL. ciuilibus sit augendum, clariusque reddendum. Multa enim 1. propositiones Juris Nat. non adeo evidentes existunt, vt a quolibet statim cognosci possint. Vid. *Dn. BECKERI. Diff. cit. Sect. 1. art. 2. §. 1. ibique nota.* Omnemque causarum decisionem soli iudicum arbitrio relinquere, ob statum nostrum corruptum minime consulrum est. Hinc Legislatoris est definire, quamnam decisionem ipse rationi magis conuenientem iudicet. Vid. *FRJESLEBEN. in Diss. de genuina LL. Ciu. indole. §. 21. seqq.* & hanc ipsius sententiam Iudices omnino in decidendo sequi tenentur, dum illorum est, non de Legibus, sed secundum illas iudicare. Ex quo patet, laterem illos lauare, qui vnã, alteramue Juris Rom. dispositionem minime obseruandam esse, propugnant, quia ipsi æquitatem illius, qua innitur, cerebrinam esse æstimant. Imo eorum esset, rationes, quas habent, Principi proponere, & tum expectare, vtrum illi sufficientes viderentur, eiusmodi le-

Jctis necessario indiget Resp.

Ob necessitatem LL. Ciuiliũ, quæ prouenit 1. ex diuersis gradibus euidentiæ LL. naturalium.

2. Ex necessaria determinatione quarundam causarum, quas Jus N. reliquit indeterminationes.

Jura ab JCris aliquadantenus dependent.

JCris etiam opus esset, si omnia sec. Jus N. determinarentur.

Cur in spho præferti Sec. XIV. mentio facta?

gem abrogandi, aliamque dispositionem ejus loco substituendi, nec ne. 2. Multa etiam adhuc necessario Jure Ciu. sunt determinanda, quum Jus Nat. illa non adeo accurate definiuit, e. gr. gradus successionis, tempora præscriptionum, majorennitatis, &c. Vid. BOEHMERVS, in *Jure Publ. vniuersali. Lib. II. Cap. III. §. 4. lit. (i) in fine.* Prouti itaque illi, qui Rempubliam eo beatiorum esse judicant, quo pluribus abundat Legibus, in excessu peccant, sic certe illi, qui, Ciuitates vel plane nullis, vel si multum concedunt, paucissimis indigere LL. posituius, affirmant, in defectu a scopo aberrant. Posito itaque hac LL. Ciu. necessitate, statim inde elucet: JCris neuiquam carere posse Remp. quum solidam legum cognitionem, & prudentem earum ad casus obuinentes applicationem, ab iis neuiquam expectare possumus, quibus alia negotia curæ cordique sunt. Si ergo Jus euidam vel dubium, vel prorsus incognitum est, a JCris illud petendum. Vnde non mirum, hos Jurisprudenti- am admodum mutare posse, si in causa quadam omnes vnus ejusdemque sententiæ existunt, id quod vel ex ipsa Juris Rom. in foris nostris auctoritate, quam luculentissime adparet. Imo si vel maxime soli Juri Nar. tantummodo operam dare deberemus, nihilominus necessarii essent in Rep qui hoc specialiter excoherent, dum & in hoc casu eadem rationes inuenirent locum, quas jamjam adduximus, & ipsi Germani, qui ante receptionem Juris Rom. plerasque causas ex æquo & bõno decidebant, jam tum temporis suos habuisse Jurisperitos & aduocatos, optime probauit ENGELBRECHT. *de factis Jurisprud. justitiæque administrationis in Germania pag. m. 10. lit. (c)*

b) Hujus temporis potissimum mentionem facere voluimus, dum, institutis hoc Seculo Academiis, in Germania nostra eo vberior fuit prouentus Juris Rom. peritorum, (Vid supra §. 13. seq.) Verum & jam antea multifariam

tifarie ad normam Juris R. responsum, judicatum, variaque negotia celebrata esse, patet ex §. 7. *ibique alleg. auctoribus.*

c) Posteaquam vero studium Juris Germ. efflorescere cœpit, & patria instituta ab *egregiis, doctissimisque Viris* magno cum studio, & labore inuestigata sunt, & adhuc indagantur, quorum primi fuerunt CONRINGIVS, & KVLPI-SIVS, qui circa medium, & finem superioris Seculi floruerunt, quos alii quamplurimi non minus *celeberrimi Viri*, vt: BAYERVS, SCHILTERVS, THOMASIVS, aliique secuti sunt; hodie certe LL. domesticarum non adeo infœci sumus, quod tamen Juri Rom. amplius præjudicare nequit, quum jam nimis magnum in foris nostris adeptum sit robur, ita, vt pleraque veterum LL. germ. dispositiones, in quantum hoc fieri potuit, e sede sua ab superueniente Jure Rom. jam ejectæ, & ex possessione derubate sint. Indagandum itaque, qualis sit præsens Jurium in judiciis obseruantia. Si enim, quia jam instituta Majorum nobis traduntur, & in notitiam nostram perueniunt, statim illa in praxin deducere volumus, hoc, quum magna ex parte Curia ipsorum jam oblita sunt, & non omnes in illis reducendis vnus ejusdemque opinionis existunt, produceret variationem jurium maxime abominandam.

d) In tantum autem potuit, in quantum non speciales nostræ Reip. rationes obstiterunt, de quibus infra §. 47. seqq. pluribus. Et quamvis sæpius sese vterius exseruit, hoc tamen semper aliis reluctantibus factum.

§. XLV.

Quum deinde Jus Rom. tandem ab ipsis Imperatoribus in LL. Imperii tanquam Jus commune agnitum est, (§. XXXVII. 3) & hoc nulli veterum jurium germ. collectioni accidit; (§. XXXVIII. 1.) Omne autem Jus humanum ab Legislatore, qui supremam in Rep. habet potestatem dependeat, & ipsius voluntas in Legibus, qua

Ignorantia veterum injurium non amplius a deo regnat ac olim.

Quod Juri Rom. auctorem jam non officit.

Conclusiones, ex legali auctoritate, Juri Rom. tributa, venientes;

obtinere debeant, inspicienda sit, a) (§. XXXIX. r.) Consequens est 1. Jus Rom. qui allegat fundatam habere intentionem, & proinde 2. qui euincere intendit, hanc illamue hujus Juris dispositionem in hoc vel illo loco non obtinere, vel iustas rationes adesse, ob quas illæ non seruari possint, huic merito onus probandi incumbere, vt vel praxin contrariam ostendat, vel rationes suas, ob quas existimat, specialem quandam Jur. Rom. dispositionem non obtinere posse, prægnantes esse demonstrat; 3. Juris Rom. auctoritatem exinanire, vel infringere Jus non amplius integrum esse. b) 4. Etiam in iis casibus, qui per magnum temporis, intervallum vix vna, alteraque vice obueniunt, Jus Rom. seruandum esse; e) §. Jur. Germ. quatenus in collectionibus, quas de illis habemus, existant, admodum exiguum habere præsumptionem obseruantie in foris, d) & sic 6. si vtrumque Jus inter se discrepat, merito Jus Rom. sub limitationibus n. 2. adductis, Juri Germ. præferendum, & in dubio sequendum esse. e)

- a) Vid. III. BOEHMERVS. in *Jure publ. vniuersali Lib. II. Cap. III. §. 14. lit. (u)*
- b) Prima quidem Juris Rom. incunabula in Germania n. Istra a JCtus ortum trahunt, ast ideo eis non competit, illi rursus pro lubitu minorem vim tribuere, quam quæ re ipsa ei in foris jam tributa est, & nunc tribui debet, vel prorsus illud eliminare, id quod multi recentiorum facere intendunt.
- c) Quam enim Jus Rom. allegans fundatam habet intentionem, donec proberur contrarium, (§. XLV. r. 2.) non necesse est, ostendere, quod talis casus jam olim existiterit, & in illo secundum Jus Rom. pronunciatum sit, id quod in quouis casu exigunt KVLPIVS æque ac THOMASIVS Exemplum hic præbere potest l. 9. & 22. ff. de rebus dub. Vid. *Dns. D. BVRGMANNI, sub Præsidio III. CAR-*

CARMONII habita *Diff. de presunto ordine mortalitatis commorientium Cap. II.*

- d) In quantum autem adhuc aliquam habeat præsumptionem, de hoc infra §. 56. pluribus dicemus.
- e) Mecum faciunt ex recentioribus JCtis STRYK in *Discursu prælim. V. M. §. 33* STRVIVS. in *Hist. Juris. Cap. VI. §. 39.* HEINECCIUS. in *Hist. Juris. Lib. II. §. 114. seqq.* Vid. etiam WESTPHAL. *de fatis, atque vso studii Juris feudalis in Germania. §. 28. lit. (u)*

§. XLVI.

Hæc omnia autem, quamvis recte ita sese habent, nihilominus tamen de omnibus, & singulis Romanorum LL. non adeo simpliciter affirmari possunt. Quum enim Jus publ. nostrum, & ratio status ab Romanorum, quæ olim fuerunt, longe diuersa sunt, (§. XL. 1.) & LL. præfertim] exteræ, quæ tantummodo ex receptione, & quidem in Ciuilibus obligant, hæc nec mutare debent, nec possunt, (§. XL. 5.) sua sponte fluit: 1. Leges istas Rom. quæ Jus publ. Romanorum continent, vel propter specialem Reip. Rom. rationem status latæ sunt, a) nos neuiquam obligare, proin 2. frustra de illarum prærogatiua quæstionem moueri. b)

Non obligant LL. Rom. Jus publ. Romanorum, vel diuersam rationem status concernentes.

a) Exempla jam tradidimus supra §. 40. lit. b. Vid. LAVTENSACKS *Diff. de inepta ratione decidendi causas Juris publ. germ. ex Jure R.*

b) Minime autem hinc fluit, ideo nostrum Jus publ., & quæ jam est, rationem status in] Germania nostra, ex veteribus Juribus Germ. probari posse. Quamvis enim non diffidendum, multa in iis inueniri, ex quibus Jus publ. nostrum, & ratio status Reip. nostræ egregie illustrari possunt, nihilominus tamen probationem ex iis quoad hanc causam petere non possumus, ex rationibus supra §§. antecedd. pro parte traditis, & infra, vbi adhuc specialius de hisce Juribus agemus, adhuc pluribus tradendis. Præfertim quum hæc pro temporum ratione sapiu-

Inde vero nulla auctoritas Juri Germ. accrescit,

ſæpius mutantur, & variant. Pronti enim aliæ Juris ſpecies, ita etiam Jus publ. & cum eo connexa ratio ſtatus mutationi quam maxime ſunt ſubjecta, & vere de iis dici poteſt:

*Tempora mutantur, & jura mutantur
in illis.*

§. XLVII.

Nec quæ
indoli no-
ſtræ plane
aduerſan-
tur.

Quum porro Germanorum mores plurimum differunt ab indole Romanorum & hi pene ex naturali quadam nobis inſita qualitate propullulant, ac leges ideo illos antiquare raro ſufficiunt, (§. XL. 2. 3. 4.) patet exinde: 1. Vbi LL. Rom. indoli noſtræ plane aduerſantur, a) etſi in quibusdam locis nihilominus in obſervantiam perductæ ſint, b) tamen 1. minime præſumendum eſſe, quod hoc factum ſit, & inde 2. receptionem J. R. in hoc paſſu ſpecialiter in quolibet loco probandam, nec de hujusmodi diſpoſitionibus, ſi de prærogativa J. R. agitur, ſermonem eſſe. c)

a) Quorſum pertinent ſtipulationes Romanorum, differentia inter contractus b. f. & ſtr. Juris, emancipationes R. illorum capitis deminutiones, extra ordinariæ cognitiones, aliaque quam plurima. Erant enim Romani formulis additiſſimi, ſubilitaribus nimis fauentes, ac ad alios in contractibus circumveniendos Germanis multo proniores. Vid. JOH. SAM. STRYCKIVS, *de proceſſu antiquo Juris Romani*. HEINECCIUS, *de jurisprudentia veterum Romanorum formularia, ritibusque, quibus negotia civilia explicabant, ſolemnibus*. Quæ omnia genio noſtro non adeo conveniunt.

b) Vid. WILDVOGEL. *de legum quarundam Juſtinearum non- uſu in Germaniæ ſolis ex earundem rationibus nec quidquam probando*. §. 17. ſeqq.

c) Inde autem iterum non ſequitur, Jura vetera Germaniæ ideo eſſe obſervanda. Etſi enim illorum diſpoſitiones indoli

Sed exinde
rurfus neu-
tiquam ſu-

indoli nostræ admodum sunt conuenientes, hoc tamen illis denuo auctoritatem legalem neutiquam hodie in foris tribuere potest, Vid. S. *anteded. Lit. b.*

it. quod Jus Germ. sit obseruandum.

§. XLVIII.

Quum denique cessante legis ratione adæquata, & in totum, ipsam legem cessare, necesse est, (§. XXI.) hinc 1. idem etiam dicendum de iis J. R. dispositionibus, quæ in speciali ratione, apud nos plane, & in totum cessante, fundatæ sunt a) &, etsi 2. de hujus generis dispositionibus quam plurimæ obseruantur hinc inde in foris, b) tamen itidem, quum talis obseruantia rectæ rationi est contraria 3. illæ minime sunt attendendæ, nisi specialiter probari possit, quandam harum in hoc vel illo loco sigillatim receptam esse. c)

Nec quarum ratio in totum cessat.

a) Sic prouti supra §. 30. diximus, multæ inueniuntur leges in prioribus Titulis Lib. I. Codicis, ex principiis Cleri Romani, quæ tum temporis jam viguerunt, originem trahentes, quarum rationes autem amplius non agnosci-mus. Sic multæ adfunt LL. quarum rationes ex Principiis Philosophiæ Stoicæ sunt petite, quibus non per omnia inharemus, Vid. WESTPHAL. *de Stoa Jctorum Rom.* Huc etiam pertinent illæ dispositiones, quæ aliis princi-piis, Reip. nostræ, nostrisque moribus repugnantibus, innixæ sunt, quum enim e. g. nos Romanorum stipulatio-num inscii sumus, & pactum nudum apud nos ejusdem efficacitæ est, ac stipulationes fuerunt apud Romanos, ces-sat exinde penitentia in contractibus innominatis J. R. admittit, l. 5. *pr. de Condict. caus. data caus. non sec.* cessat differentia inter contractus reales & pactum de illis ineundis, quod ad effectum obligationis attinet, si modo per illud omnia plenarie jam sunt determinata, & sic hodie decisio. l. 11. §. 1. *de R. C.* aliter formanda est, in qua ita VLPIANVS. *Si tibi, inquit, dedero decem, sic, ut nouem debeas; PROCVLVS ait, Et recte, non amplius te ipso Jure debere, quam nouem. Sed si dede-*

E

19,

ro, ut undecim debeas, putat PROCVLVS., amplius quam decem condici non posse. Amplius enim obligatio in hoc casu re non erat contracta, & nudum pactum non poterat obligationem efficacem producere. Et idem etiam dicendum de aliis hujus generis dispositionibus, quæ in principiis abs nobis vel profligatis, vel nunquam agnitis, fundatæ sunt. Alia exempla. Vid. *supra* §. 30. Probe autem hic rationes illæ, quibus vna, alteraue lex innitur, sunt considerandæ. Jcti enim sæpius inadæquatis vsi sunt rationibus, atque veram, & genuinam reticuerunt. Etiam multæ reperiuntur LL. quæ singularem quidem habuerunt causam, jam penitus cessantem, aut nihilominus tamen adsunt adhuc causæ secundariæ, ob quas merito ejusmodi dispositiones retinentur. Sic omnino credo, Imperatorem Justinianum multa priuilegia Sexui muliebri indulsisse in gratiam Theodoræ suæ, quæ tamen adhuc, quum fundamentum insuper in imbecillitate muliebri, vel alia justa ratione habeant, juste obseruantur. Sic prohibitio donationum inter Virum & V. etsi causis hodie cessantibus innixa est, e. g. ne donationes factæ impedirent diuortia, apud Rom. admodum frequentia, ob metum reuocationis ex causa ingratitude; tamen etiam adsunt, quæ hodie quoque procedunt, e. g. ne metuenda sit inopia ex nimia donatione, l. 28. §. 2. *in f. h. t.* quod facile adhuc hodie euenire potest, in iis locis, vbi Conjux nil de præmortui Conjugis hæreditate capit. Et ideo nil obstat, quo minus prærogatiua J. R. in genere vindicata, etiam illis tribui possit.

b) Hæ enim magis sunt obseruabiles, quam illæ, quæ de Jure Romanorum publ. aliquid disponunt, & inde etiam passim, quum olim, antequam elegantiora studia ad Jurisprudentiam nostram collata sunt, magna barbaries inter Jctos regnaret, in vsum perductæ, etsi sine omni ratione. Vid. WILDVOGEL. *Dissert. eit.* WERNHER. *de Vsu Juris Justiniani in foris nostris non exiguo.* BAR-
THIVS,

THIVS. in *Differētibz in Praxi. Dissens.* 198. & passim.

c) Frustra autem iterum exinde probares, quum tot LL. Rom. non possint obseruari in foris nostris, vel ad minimum non adesse præsumtionem, illas obtinere, quod ideo jura Vetera germ. debeant seruari, vel hæc majorem præse habeant præsumptionem, ac Jus R. Vnius enim priuatio; non statim inuoluit alterius positionem. Et in hoc quidem genere dispositionum, de quo in præsentī §. egimus, eadem est iurium Veterum germ. ratio, quæ Romanorum. Nam & in illis inueniuntur, quæ propter cessantes rationes, non possent obseruari, etsi alias auctoritatem legalem habent, quæ illis tamen non competit. Vid. *supra* §. 32. Equidem non potest negari, vetera Jura germ. in iis casibus, quos §§phis antecedd. adduximus, & in quibus nos Jura R. obligare nequeunt, admodum apta esse, vt obseruarentur, & hoc etiam fuit *ἡ περὶ τῶν ψευδῶς*, quod multos eo perduxit, vt Juribus obsoletis rursus vim probandi in foris tribuerent, imo & Juri R. ea anteferrent, præsertim quum accederet, etiam Consuetudines in LL. Imperii esse confirmatas, plerasque autem, quæ adhuc obtinent, in illis iuribus scriptas reperiri, illaque etiam olim obseruata esse. Vid hæc latius deducta apud RINCKIUM, & FRISIVM: vom *Sachsen-Spiegel*. HORNIVM, de *Prærogatiua morum Germania in Concursu cum LL. receptis*, qui omnes Specula Juri R. præferunt. Et hæc quidem satis speciosa sunt, nisi ea, quæ *supra* §. 44. 45. proposuimus, plane aliud euincerent. Et quæ, quæso, est ratio connexionis argumenti, quia 1. Jura vetera in multis casibus, vbi jura R. non possunt obseruari, admodum existunt obseruabilia. 2. Quia pleræque Consuetudines, quæ hodiernum in iudiciis nostris vigent & quæ generaliter LL. publ. Imp. confirmatae sunt, in illis scriptæ inueniuntur; & hæc Jura olim pleraque obtinue-

Ast nec inde quidquam præsumptionis Juri Germ. accedit.

Jura vetera ferme iisdem præsumuntur incommodis, ac Jura R.

Cur alii Jura germ. in fora rursus introducere voluerunt?

obtinuerunt, ergo adhuc hodie, post tam insignem Juris prudentiæ mutationem, præsumtionem adesse, quod jura illa, quatenus collecta, obtineant, Caue, ne pene eodem modo auctoritas Juris Anglicani, Suecici, & Danici, in foris nostris adstruatur.

§. XLIX.

Ideo autem minime Juri R. legalis auctoritas de menda.

Et si igitur secundum jam adducta, permultæ extant Leges in J. R. quæ vel plane non sunt obseruabiles, vel admodum inepte & inconcinne nostris temporibus in judiciis Germ. applicantur, hæc omnia tamen, prouti, vt jamjam diximus, juribus Germ. minime auctoritatem conciliare possunt, ita nec Juri Romano vim suam legalem in foris nostris, ipsi aliunde competentem, possunt dubiam reddere, imminuere, vel profus adimere. Nec

Adhuc quam plurimæ extant dispositiones Juris R. quæ optimo Jure obseruari possunt.

ideo putandum, nos patrocinium Juris cujusdam suscepisse, cujus vsus admodum exiguus sit, a) & illius præsumptionem validitatis, & prærogatiuam defendere voluisse, quod maxima ex parte vel plane non potest obseruari, vel admodum incongrue obseruatur. Nam nedum, quod multæ hujus juris dispositiones hinc inde in foris conspicuæ sint, quæ non recte obseruantur, prouti hoc jam passim monuimus in præcedd. §§. sic certe multæ adhuc in J. R. inueniuntur, de quibus Germani vel parum vel nihil ante receptionem hujus Juris sciuerunt, b) posteaquam autem deinde in notitiam illorum peruenerunt, non adeo inique in praxin deductæ sunt. Maximum autem efficiunt numerum illæ Leges, in naturali quadam ratione, quæ vbique eadem manet, se fundantes, c) de quibus vid. *supra* §. 44. *lit. a.*

a) Vid. WERNHERI, & WILDVOGELII *Dissertationes supra citatæ!*

b) Huc inter alia spectant adoptiones & testamenti factiones, de quibus, si vetustissima tempora perscrutari volumus, ægre vestigium inueniemus, quamuis non negandum, medio æuo, quum multi veterum Germaniæ populorum majus cum exteris adepti sunt commercium

um, illos sæpius talia illorum instituta imitatos esse. De testamentis egregius locus exstat TACITI, *de moribus Germanorum Cap. 20.* Vbi ita: *Hæredes, inquit, successoresque sui cuique liberi, nullum testamentum.*

c) Non mirum ergo Ill. THOMASIVM Vsum Juris Justiniani facili negotio extenuare potuisse, id quod tum in *Dissertatione de rite formando statu controversa, an LL. Rom. sit frequens.* &c. tum in *vindicis solidis corollaris: de exiguo pandectarum usu in foris Germania*, egregie præstitit, dum leges ex ipsa negotiorum natura fluentes, in censum non redigit.

§. L.

Jam, si Jura Germanica, quæ alii, quia tot, tantæque difficultates, applicationem J. R. in foris nostris pre-munt, rursus, quatenus in collectionibus exstant, auctoritatem tribuere satagunt, & pro illorum magis, ac pro Juris Rom. obseruantia, præsumendum esse, adstruere intendunt, paulo accuratius consideramus, videbimus, illos, nec hoc propitio jure facere, nec exinde corruptam nostram jurisprudentiam meliorem fortunam, ac majorem certitudinem adepturam esse. Quum enim admodum probabile est, Leges veteres Saxonum, Bajuuariorum, & Alamannorum circa initia receptionis J. R. in fora nostra, neutiquam in totum in vsu fuisse, (§. XXXVII. 4.) sequitur exinde i. illis hodie post tam insignem jurisprudentiæ mutationem (§. XLIV. XLV.) eo minus vim decidendi in judiciis tribui posse, præsertim quum præliminaris quæstio prius esset soluenda, quæ sc. harum LL. dispositiones tunc temporis obseruatæ sint, quam inexplicabilem, ac insuperabilem dicere, nulli dubitamus. Ex quo porro fuit 2. si quidquam, quod in hisce LL. exstat, adhuc in certo quodam loco vsu venire, quidam adstruere intendit, illum hoc specialiter probare debere, nec 3. præsumptionem adesse obseruantia horum jurium in praxi.

Pro Juribus germanis non adest præsumptio obseruantia in foris nostris.

De Veteribus LL. Saxonum, Bajuuariorum, & Alamannorum

§. LI.

De speculis
& Weich-
bildo Mag-
deburgico.

Quum porro *Specula & Weichbildum Magdeburgicum* priuata auctoritate compilata sunt, nec vnquam illis vis legalis abs Legislatore, a quo tamen omnis Legum Obligatio dependet, (§. XXXIX, 1) in Germania tributa est. (§. XXXVIII. 1.) nec præsumendum, contentas in his libris consuetudines, Germaniæ vniuersales fuisse, & ad illos prouocare jam per aliquot secula in desuetudinem abiit (§. XXXVII. 5. 7. 8.) consequens est, 1. etiam has Jurium Veterum germ. collectiones, vt omnes aliæ, maximis difficultatibus, obnoxias esse, a) 2. hos libros nec hodie in vim Legis allegari posse, sed itidem 3. si quis dispositionem quandam ex his libris adhuc alicubi obseruari, affirmat, hoc ipsi probandum esse, & ita 4. si cum J. R. conferuntur, frustra de horum librorum prærogatiua quæstionem insititi, b)

a) Præsertim quum semper prius probari deberet, vtrum illa dispositio, ex his libris allegata, fuerit Consuetudo vniuersæ Germaniæ communis.

b) Optime mecum conueniunt L. B. de LYNCKER. in *Analectis ad STRVVII Syntagma J. F. Cap. I. apb. 8. n. 2.* ad verba: *esu comprobatum.* WESTPHAL. in *maniffa positionum*, addita *Diff. de indole practica Jur. Lub. post. 10.* HARPRECHT ab HARPRECHTSTEIN. de *non-usu speculi Suenici.* THOMASIVS. de *rite formando statu controuersæ: An LL. Justinianearum &c.* §. 17. & præsertim LEVBERVS in *Gründlichen Discours über etlichen der Stadt Magdeburg in Sachsen gerühmten alten Privilegiis, it. Was von dem Sachsen-Spiegel, dem Weichbild, und dessen Chronica, sammt dessen Lehn-Rechten zu halten, und wie weit in solchen die alten, und wahren Sächsischen Gesetze, Ordnungen und Rechte zu befinden.* Et quum hoc Scriptum propter raritatem, paucissimis obuenerit, adeo, vt etiam magni ille nominis FCtus, B. HERTIVS, T. II. *Opusc. p. 598.* falsus sit, sibi nondum licuisse hunc librum

brum, etsi diligenter quaesitum, videre, & ideo pene dubiter, an vnquam in lucem publicam fuerit editus; Hinc operæ pretium fore existimamus, loca quædam ex illo, huc spectantia, hic subiungere. Jam quidem hic Tractatus etiam recusus inuenitur in Tom. III. Actorum Pacis Westph. publicorum, III. Dn. DE MEIERN, ast nec hocce Opus splendidum, egregiumque cuiuslibet in promptu erit. Qualis autem LEVBERS noster Vir fuerit, & quod in historia Saxonica veratissimus extiterit, vid, apud HOFFMANNVM in *Diss. de Jurisprudentiæ Germ. principiis, & fontibus*, præmissa BAYERI *Positionibus Juris germ. p. 12.*

Hocce scriptum *Leuberianum* editum est Dresdæ, Mensæ Martio, 1648. & abs doctissimo Auctore in V. Sectionibus partitum, quarum Ima agit: *Von der Stadt Magdeburg.*

II. *Vom Magdeburgischen Sachsen = Recht* in genere.

III. *Vom Sachsen = Rechte,*
 IV. *Vom Weich = Bild,*
 V. *Vom Lehen = Recht,* } *speciatim.*

Postquam auctor Sect. II. tempora: I. nondum existentie Juris Sax. 2. Existentiæ, 3. Glossationis, additionis, & corruptionis. 4. reductionis, & restitutionis durch Christoph Zobel, Wolfgang Loff, und andere, confiderauit, ita pergit:

No. 10. *Wuss solche Zeit ist endlich (1) gefolget, tempus approbationis, indem, obgleich Christoff Zobel, Wolff Loff, & alii sich ziemlich bemühet, diese Bücher hoch zu recommendiren, (11) auch unterschiedliche Rechtsgelehrte Leute auf ihre Seiten gebracht haben, (12) so haben doch hergegen auch andere, nichts weniger hochgelehrte, vornehme, und des Sächsischen Rechts wohlerfahrne und geübte Leute ihnen nicht beypflichten mögen, theils solche Bücher in Zweifel gelassen, theils ziemlich*
 impro-

improbiret, und die Sächsischen Rechte nicht aus solchen Büchern, sondern bloß aus der Obseruantz, und Hertommen genommen wissen wollen, (13) wodurch es denn dahin gelanget ist, daß nach solcher Zeit, und bis dato kein gewisses Exemplar von diesen, obgleich in öffentlichen Druck ausgegangenen Büchern, von der hohen Obrigkeit, Römischen Kayser, Königen, Chur- und Fürsten zu Sachsen approbiret, confirmiret, und bestätiget, und dadurch alles und jedes, was darinnen begehren, publica auctoritate befestiget worden. (14) Sondern es haben solche summi Principes, und Imperatores Sächsischer Lande, solche Bücher in der Scribenten auctoritate priuata gelassen, (15) und wann sie es anders nicht umgehen können, denn daß sie den Text Sächsischer Rechte anziehen müssen, sich nicht auf dem bloß Buchstaben solches Textes, sondern zugleich darneben auf das Hertommen und Gebräuch, und gewisser Rechts-Lehrer Tradition gezogen, (16) woelemnach denn dieser Bücher des Sachsen-Spiegels, Weichbilds und Lehn-Rechtes approbation und improbation ihr vornehmstes Fundament in der Auctorität dieses oder jenes Sächsischen Doctoris, Scribenten, und Practicanten, und deren Obseruationibus genommen, also (17) daß eine gemeine Regula worden: Jus Saxonicum, licet libris hisce tribus conscriptum, non, nisi quatenus in Curis obseruatur, & quatenus consuetudine, & obseruantia sit receptum, attendi. HARTM. PISTORIS Lib. 1. *Quest.* 56. n. 55. Lib. II. *Quest.* 25. n. 35. COLERVS de *Processu Executiuo*. Part. 1. *Cap.* 2. n. 20. ALEMANNVS in *Palæstra*. *Consult.* 2. p. 78. *Consult.* 6. pag. 299. Und (18) in dieser Zeit verlieren wir biß noch, und werden uns diese Sächsische Bücher bloß durch der Doctorum und Rechts-Lehrer ansehen, und Auctorität beglaubet gemacht, diese aber unfeil

unfeilbar wohlgegründet, wenn sie auf guten be-
ständigen Rationibus, und demjenigen, was dem
wahren Verlauff der Zeit und Sachen gleich, und
allerdings gemäß ist, beruhet.

Porro:

No. (83) Aus diesen allen nun wird verhoffentli-
chen zu schliessen seyn, daß seithero von ezlichen die
Bücher der Sachsen-Spiegel, oder Land-Recht,
Weichbild, und Lehen-Recht dem blossen Buchstaben
nach, übel pro lege publica, und allgemeine beschrie-
bene Sächsische Rechte aufgenommen; Vielmehr
aber damit alle Welt ziemlichen und schändlichen
geäffter, und neben denen löblichen guten Sächsischen
Gesetzen, und Gebräuchen allerhand Fabeln, und
Narrentheidung, dem Papste zu Rom, und dessen
angemaßter eyranischer Hobeit zu hofieren, auch
anderer halbstarriger widerwärtiger Leute Harnäs-
Eigheit mehr und mehr Anreizung zu geben, einges-
schoben worden, also, daß es wohl zu beklagen, daß
bis noch, solche Päßtliche Fabeln, neben den gu-
ten löblichen Gebräuchen, unter einander gemischet
stehen sollen.

Seß. III. n. 79. LEVBERVS ita scribit:

Demn das Loß will, dieses Buch sey kein scriptum
priuatum, sondern vieler Kayser Satzungen, solches
kan ich dammenhero nicht befinden, daß es weder
formam Sanctionis, noch nomen Imperatoris, noch diem
& Consulem, und auch nicht Auctorem Certum habe,
vielmehr aber weißer, daß es Epcken von Reptaw
Arbeit sey, (80) zu welcher er weder von Kayser,
noch Römischen Königen, oder dem gesamten Lan-
de zu Sachsen ordenlichen beruffen, sondern bloß
priuatum zu solcher Arbeit von seinem Herrn Graff
Hoiern zu Salckenstein angemahnet worden sey.

Porro n. 84. Kan derohalben sein ohne, und son-

G

der

der Kayserlich Befehlig, beschriebenes Buch, der Sachsen-Spiegel, keine Kayserliche Satzunge seyn. Es (85) sagt zwar Epeck von Repeckaw in seiner Vorrede: dieses Recht habe ich selber nicht erdacht, es habens von Alters auf uns bracht, unsre gute Vorfahren, mag ich auch, ich wills bewahren.

Aber: (86) wenn die Artickul alle, wie sie im Sachsen-Spiegel jeso sind, daran (87) ich auch gleichwol zweiffle, und dafür halte, daß esliche hierin nach Epeckens Zeiten, auch von andern Auctoren gedruckt worden sind, angesehen werden, wird sich befinden, daß es nicht also sey, daß sie alle von den löblichen alten Sachsen auf Epeckens Zeit, durch üblichen Gebrauch, und Recht gebracht worden. Es (88) ist ja stracks der erste Art. Lib. I. des Sachsen-Spiegels nicht von Carolo M. Imp. und dero Successoren, vor ein Recht geordnet, sondern vom Pabst Gregorio. VII. auf die Bahn gebracht, und zu Epecken von Repeckaw Zeiten wider die Römischen Kayser durch die Pápst, und sonderlich Bonifacium. VIII. welcher das *ecce duo Gladii hic*, wohl practicirer, zum eifrigsten getrieben worden, (89) und weisen der Römischen Kayser Caroli, Ottonis. M. M. Heinrich. III. IV. Friderici I. & II. und anderer Rescripta, und Sanctiones mehr, daß Ihnen, dem Pabst eine solche Hoheit einzuräumen, und mit Gesezen wider sich zu befestigen, wenig zu Nutze gewesen, und eben (90) ein solcher eingeschobener Articul ist auch Lib. III. der 44. Articul, darinnen abermahls dem Pabste zu hofieren, der zweyen Schwerdt gedacht wird.

Deinde n. III.

In summa der Sachsen-Spiegel ist ein Buch, incerti, & priuati Auctoris, hin, und wieder zerstückt, zerstückt, mit klaren, und unklaren Sachen ange-

angefüllet, und sind darinnen der alten Sachsen löbliche und übliche Rechte also bekleistert, und mit Privat-Tand beschmieret, daß sie vorlängsten auctoritatem publicam verlohren, und man keine Kayserliche, oder Königliche Sayung riebrig daraus erkennen kan. (112) Wer die alten löblichen Sächsischen Rechte haben will, muß sie ex vsu, & obseruancia, und also ex historicis herbey bringen. Diesem Buch ist weder zu vertrauen, noch sich darauf zu verlassen. *Vid. etiam Sect. V. n. 34.*

§. LII.

Quum autem nihilominus *Specula, & Weichbildum* magnam olim in foris obtinuerunt auctoritatem, (§. XXXVII. 6.) patet ex inde 1. Jura in his libris collecta non adeo inique ab illis, qui Germanicis juribus prærogatiuam præ Jure Romano tribuunt, præ cæteris commendari & hoc eo magis, quum plenius juris systema fiunt, ac aliæ veterum jurium, quas habemus, collectiones, præsertim quum sint talia, quæ adhuc eo tempore, quum jam J. R. aliquadantenus receptum fuit, passim in Germania nostra viguerunt. Vid. supra §. 8.

2. Si adhuc alicubi moris est, vt in vim decisiuam in foris allegari possint, vel specialiter a Principe quodam, vt Legis instar in territorio suo obseruentur, confirmata sunt; Vid. supra §. 27. certe non tantum hæc Legislatoris voluntas omnino seruanda, sed illis quoque prærogatiua præ J. R. tribuenda est. a) Extra hosce casus vero nunquam.

Habent aliquando Prærogatiuam præ Jure R.

- a) Et hoc ex jure prioritatis; tunc enim extra dubium est, J. R. in illis territoriis, non tantos fecisse progressus, vt fere in omnibus aliis Germaniæ Prouinciis, ob causas supra §. 43. 44. & 45. allegatas.

§. LI.

De Confi-
tutionibus
Imperato-
riis.

Deinde quomodo Constitutiones Imperatoriae usque ad tempora Friderici III. & Maximiliani I. magna obscuritate laborant, (§. XXXVII. 9.) Leges autem vel vulgo notae sint, vel ad minimum, quilibet facili negotio ad notitiam illarum peruenire possit, necesse est, (§. XXXIX. 2.) fuit exinde, 1. Vsum harum Constitutionum admodum exiguum esse, 2. illas omnem legis auctoritatem amisisse, & sic 3. si LL. Rom. contrariantur, quae illarum Constitutionum jam ex ruderibus, & tenebris in lucem propositae sunt, praerentiam tribuere, a) admodum inconueniens esse.

- a) Hujus sententiae strenuum defensorem se praestitit KVL-PISIVS, in *supra cit. dissertat. Epist. de Germ. LL. veterum, ac R. J. origine, & auctoritate presenti, p. 369.* & hoc quidem ex hac ratione, quia olim tanquam Leges promulgatae, ac vim suam habere, iustae sunt. Quantum hocce argumentum in recessu habeat, facile quilibet ex jam deductis perspiciet.

§. LIV.

De Veteri-
bus Juribus
generatim.

Tandem quomodo omnes, quas habemus Collectiones veterum Jurium germ. non continent omnia, qua tum ante, tum primis temporibus post receptionem J. R. in Rep. nostra obtinuerunt, (§. XXXVIII. 2.) sequitur sane 1. Jurisprudentiam veterem Germanicam mutilam ac mancā esse. 2. Admodum incertam, a) quali praerogatiuam tribuere velle, absonum erit.

- a) Nec ratio solida dari potest, cur ea Jura, quae hodie in Collectionibus extant, melioris conditionis, illis, esse debeant, quae ex diplomatibus sint colligenda, vel adhuc ex archiuis quaerenda. Prouti enim haec etiam adhuc vel difficilioris cognitionis, vel prorsus ignota sunt, ita ante aliquot secula pene cum omnibus germanicis juribus processit.

§. LV.

S. LV.

Quum denique reliquæ Juris Germanici sese passim in foris nostris tanquam consuetudines conseruarunt, (§. XXXVIII. 3.) recte exinde concluditur, 1. vulgarem Consuetudinum doctrinam, etiam ad has reliquias maxima ex parte applicari debere, & itaque, 2. specialiter, quæ illarum adhuc in loco quodam vigeant, probandum, 3. quatenus vero probari possunt, eatenus obseruandas, imo juri scripto præferendas. *l. 32. §. 1 ff. de LL. Scit.*, & *longa consuet.*, *pr. J. de Offic. Jud. 4.* Probationem illam exactuam vniformium frequentia, & diuturnitate temporis petendam esse. *l. 1. l. 3. C. quæ sit longa Consuet.*, *l. 35. de LL.* Ideoque 5. illas non jure obseruari, quas denuo illi, qui J. G. nimium fauent, introducere voluerunt, nisi jam iterum omnia Consuetudinum requisita in illis occurrant. In hoc autem aberrant a natura aliarum Consuetudinum, quia Originem trahunt ex juribus olim seruatis, quæ nulla expressa Imperii Constitutione abrogata sunt, sed quæ J. R. post suam receptionem pedetentim expulit, 1. illas, quatenus probari possunt, quod omni tempore in certo quodam loco obseruatæ sint, a) etsi interdum etiam secundum J. R. pronunciatum est, aut non vniformiter, eatenus dispositionibus J. R. præferendas, b) hoc autem 2. ob magnam illam quæ jam militat in foris nostris pro J. R. præsumtionem, ab allegante probandum esse. Quum enim in certo quodam loco talis collisio juris patrii, & peregrini animaduertitur, exinde liquet: a) hanc vel illam veteris juris dispositionem ibi viguisse, & b) per J. R. nondum eliminatam esse. c) Vbi autem J. R. expressa superioris sanctione receptum est, ibi hoc aliter sese habet, nam tunc illo loco, nisi probare possum, tali Constitutione non obstante, semper secundum jura vetera pronunciatum esse, iudicata, quæ pro & contra

Quæ sit
per sunt ex
illis juri-
bus, specia-
liter debent
probari,

Et sufficit si
probatum,
quod quon-
uis tempo-
re obserua-
ta sint re-
liquiæ
quædam,
etsi inter-
dum etiam
Jus R. secu-
ti sunt.

Rationes
hujus sen-
tentia.

Aliud di-
cendum iis
locis, vbi
Jus R. ex-
pressa lege
receptum.

inueniuntur, propter contrariam Legislatoris voluntatem non sufficient.

Vnde probandum, quod quædam ex veteribus Germaniæ iuribus se adhuc conseruarunt.

DD. assertis exinde magna vis in iudicis est tribuenda.

a) Et hoc optime probari potest ex illis DD. qui paulo ante tempora, quum Studium juris Germanici restauraretur, scripserunt, vel alias J. R. nimis addiiti permanserunt, e. g. Si ZASIVS, TIRAQVELLVS. DIONYSIVS GOTHOFREDVS, it. JACOBVS GOTHOFREDVS, BACHOVIVS, TREVTLERVS, FRANTZKIVS, alique validitatem *pactorum successorum, & tacitam liberorum emancipationem*, (vt ita liceat illum modum, quo P. Potestas apud Germanos, se. per nuptias, & separatim institutam œconomiam finitur, nominare,) defendunt, si *relegationem judicalem in transferendo rei immobilis domino*, in locis quibusdam necessariam esse, aliaque instituta, de quibus in J. R. altum silentium, obtinere restantur, cerre hoc est testimonium omni exceptione majus, quod illa juris germ. reliquiæ se adhuc in loco quodam conseruarunt. Et hinc etiam facile perspici potest, cur in nullo alio studio DD. assertis tanta vis tribuitur quam in nostro studio iudicis, ex his enim, quantos quouis tempore J. R. fecerit progressus, & in quantum mores patrii hinc inde adhuc valeant, probandum est.

b) Id quod secus est in aliis consuetudinibus, si enim illa non vniformiter obseruata sunt, potius secundum jus scriptum, quam secundum Consuetudinem, pronuncian- dum erit. Et hoc est illud, quod Consuetudines ex veteribus iuribus ortum trahentes, præcipuum habent. Alii quum vident, multa passim in foris nostris adhuc in vsu esse, quæ ex veteribus iuribus proueniant, illis hac ex causa etiam in dubio prærogatiuam tribuunt. Hi si contra perpendunt præsumptiones, quas jam Jus Romanum præ se habet, & exinde fluentem Conclusionem, si cum Jure germ. comparatur, reliquias veterum Iurium Germ. ad instar Consuetudinum in foris obseruari, non aliter sese explicare possunt, quam dicendõ: hujusmodi consue-

Consuetudines plane alius generis, aliusque naturæ esse, quam cæteras. In quo autem hoc consistat non determinant, sed prouti dictum, lubentius ideo juribus Germanicis plane prerogatiuam adscribere, intendunt, quod tamen minus recte fit. vid. supra § 48. lit. c.

c) Hic est maximus defectus Veterum Jurium, quæ jam in scriptis existant, quod sc. exinde non possit probari, quæ illorum reuera in aliquo loco viguerunt, atque, si etiam posset ostendi, quid alicubi obseruatum, tamen præsumendum, id jam Jure R. superuenienti immutatum esse, si itaque tum antiqua, tum nouior dispositionis cuiusdam Juris Germ. obseruantia probari potest, illa certe, adhuc obseruari debet.

§. LVI.

Hoc quoque adhuc notandum, etiam Jura Germ. in casibus quibusdam præsumptionem validitatis in foris habere posse, utpote: 1. Si adsunt instituta, quorum Romani vel prorsus ignari fuerunt, vel quæ plane aliam habuerunt rationem apud illos, quam apud nostros ciues habent. a) 2. Si statuta loci cuiusdam aliquid ex veteribus Germaniæ Juribus retinuerunt, quod adhuc vberiore desiderat explicationem, b) Prouti enim in priori casu Jura R. non possunt applicari, ideo præsumendum, Jura Germanica adhuc in viridi obseruantia esse. Quod enim hic olim viguerunt, ex ipso illo germanico instituto, quod adhuc in loco quodam adest, colligi potest; nec Jure R. in hoc casu dispositiones juris patrii potuerunt eliminari, quippe quod nihil de talibus causis disposuit. Sic in posteriori casu, quod caput quoddam veteris J. G. adhuc in loco quodam obtineat, patet ex statuto, explicationem illius autem tunc ex peregrino fonte petere velle, admodum ineptum foret.

Casus, in quibus Jus Germ. præsumptionem obseruantiam habet.

- a) Ejusmodi vid. quam plurima apud *Dn. WESTPHAL.* de *distincta practica ratione in jure priuato Romano-Germ.* S. 31. c. g. Jura Mercatorum, Opificum, Villicorum, Homi-

Hominum propriorum, Hauriæ, Geranii, &c. Vid' SCHOTTELIVS, de singularibus quibusdam. Et antiquis in Germania Juribus, & GERICKEN in Schottelio illustrato, Et continuato.

- b) Sic, si e. g. communio bonorum inter conjuges in statuta agnita est, ibi ex jure veteri explicandum erit, quoniam hæc producat effectus, & quod illi ante consensum thalami, sine qua Jure Germanico matrimonium nec consummatum censetur, nec effectus civiles producere potest, Ill. de LVDEWIG, de matrimonio per procuratorem contracto. Diff. VIII. Cap. II. §. 2. & 3., obtinere nequeant. Et eodem modo etiam portiones conjugum statutaria, dotalitia, aliaque quam plurima sunt explicanda.

§. LVII.

Differentia
quædam J.
R. & Germ.

Jam non abs re esse, autumamus, hic Corollariorum instar differentias quasdam Juris Rom. & Germ. subjungere, & quidem potissimum ejusmodi, in quibus utriusque Juris dispositio æquitatem quandam naturalem præ se fert, ac ideo utraque dispositio æquè commode in praxi observari posset. De his ergo valebit, quod in Dissertatione hæc probatum dedimus; Juris R. sc. dispositioni tandem inhaerendum esse, donec probetur, Juris Germ. dispositionem se adhuc in hoc vel illo loco conservasse. Sic I. etfi, tum Jure Rom. tum Germ. satisfactio publica privatam haud tollat, J. P. S. Lib. I. art. 53. Lib. II. art. 12. Lib. III. art. 53. Weichbild, art. 16. l. 15. ff. de Accus. l. 23. §. 9. ad L. Aquil. l. 2. §. 1. Vi bon. rapt. l. 7. §. 1. de injuriis, SCHILTER ad ff. Exerc. 49. §. 3. tamen Jure Germ. exceptio est in Casibus, ubi quis vitam, aut manum amittere debet. Sic enim disponitur in J. P. S. art. 50. Wo der Weirschmann seinen Leib, oder seine Hand verwirret, er löse es, oder nicht, da darff er weder werthe, noch Busse um geben. Et nota est paræmia illa: Der Dieb bezahlet mit dem Strick, item der Mißethäter büßet

büffet mit seinem Tode dem Kläger und weddet dem Richter. Differentia hæc se exerit inter alia quoque in quæstione, vtrum æstimatio rei furtiuæ, quæ periit, propter penam patibuli, quam fur sustinuit, amplius ab hæredibus prætendi possit; De J. R. hoc affirmandum, de Germ. vero negandum erit. CARPZOV. P. 2. qu. 80. n. 103. seqq. 2. Jure R. si pignus interit nihilominus debitum manet saluum, l. 6. C. de pignor. Act. Act. Jure Germ. hat der, so das Pfand unter ihm hatte, sein Geld verlohren, da es ihm vor vorsagt stund. J. P. & Lib. III. Art. 5. 3. Jure R. regula illa: quod res pereat suo Domino, non est generalis, sed sæpe temperatur per aliam, quod sc. debitor speciei interitu speciei liberetur. l. 8. pr. l. 10. ff. de Peric. & Commodo Rei Vend. & trad. de J. G. idem quidem asserendum. J. P. Succ. Cap. 247. §. 2. Act in hoc se exerit differentia quædam, quod de J. G. venditio rerum immobilium non ante sit perfecta, quam facta est in judicio accedente resignatione, & sic antea venditor nondum existat debitor speciei. J. P. Sax. L. I. art. 9. L. III. art. 4. SCHILTER ad ff. Extr. XXX, §. 41.

§. LVIII.

Porro 4. Jure R. usufructus non competit matri in bonis liberorum, Dn. BOEHMER. in jure ff. de Vsfufr. §. 2. Sed de J. G. mater communionem bonorum continuare potest, quum potestas in liberos, & tutela hoc jure vtrique parenti communis est, & fructuaria J. P. S. L. I. art. 11. HEINECCIUS de Vsfufr. materno. EJVSD. Elem. J. Germ. L. I. §. 293. Vbi itaque communico bonorum inter conjuges obtinet, ibi etiam hic effectus obtinere debet. (§. LVI. 2. ibique not.) J. R. vicinus jus habet glandes legendi, ex agro suo in vicinum decidentibus. l. vn. ff. de glande legenda. J. G. vero hoc ipsi non permissum

H

missum

missum, quum rami propendentes in agrum alterius ad vicinum spectant. *J. P. S. Lib. II. art. 52.* & in hac causa sese jus patrium adhuc in multis locis conseruauit. *CARPL. P. 3. Const. 32. Def. 25. n. 4.* Vid. *SCHOEFFERI Synopsis ad. h. l. 6.* Inuenti thesauri dimidia pars J. R. cedit domino fundi, in quo inuentus, altera inuentori. §. 39. *J. de Rerum Diu. & A. earum D. est Jure germ. cedit fisco. J. P. S. L. I. art. 35.* 7. Jure Germ. non, nisi Consensu hæredum bona immobilia possunt alienari *J. P. S. L. I. art. 52.* quod tamen tantum de hæreditariis intelligendum est. *Weichbild. art. 20. sed Jure R. hic Consensus nullibi requiritur.*

§. LIX.

Denique 8. J. R. tacitus consensus in emancipatione liberorum non sufficiebat, erat enim actus legitimus, & judiciali auctoritate fieri debebat. §. 6. *J. quibus modis P. R. soluitur l. 3. C. de Emanc.* etsi contradicat *LEYSER. in Meditationibus ad Pandectas Vol. I. Spec. XXI. Med. I. & II. nec obstat l. 25. pr. de Adopt. l. 1. C. de P. P. l. 6. C. de Emancip.* Vid. *BOEHMER. in Jure ff. de Adopt. & emanc. §. II. J. G. autem soluitur patria potestas per separatam œconomiam, quod ad filios attinet, J. P. S. Lib. I. art. II. ibi. Quum se inuicem separauerint. & nuptias, quoad filias. l. c. art. 45. ibi: Sie tritt in des Mannes Recht, wenn Sie in sein Bett tritt.* Vid. *Dn. BOEHMERI Diss. de statu liberorum sui juris factorum per separationem, vel nuptias.*

a) 9. J. R. succedant descendentes in infinitum sine distinctione sexus, verum J. G. distinguitur inter res expeditorias, & geradicas, ita, vt has habeant filia, illas filii præcipuas. *J. P. S. Lib. I. art. 22.*

a) In hac causa Jus germ. præualet, prouti plerique attestantur. Nec aliter euenire potuit, quum hoc singulare Germanorum institutum est, quod optime cum natural

rurali ipforum indole conuenit. (§. LVI. I.) Quum emancipatio Romanorum contra, multis ambagibus erat connexa,

§. XL.

Et hic Dissertationi præfenti colophonem addimus, *Conclusio.* hocque in illa præstare allaborauimus, vt argumenta, quæ ab vtraque parte in hac materia proferuntur, sisteremus. Sane hic tanta Collisio præsumptionum occurrit, vt, si quis argumenta vnius partis solitarie perceperit, quæ contrariam autem defendunt sententiam non tanta mentis attentione, quam dignitas causæ hoc requirit, considerauit, haud aliter euenire possit, quin quilibet facile priori parti assensum præbeat, & vel in excessu, si quæstio de auctoritate J. R. in Germania nostra obuenerit, vel in defectu peccet. Priusquam autem plane vela contrahamus, SVMMO NVMMI grates persoluimus quas possumus maxumas, pro omni gratia nobis multifarie exhibita, proque viribus nobis in elaborando hocce *Specimine Inaugurali* clementissime concessis. Secundet porro conatus nostros, dirigatque illos in sui nominis gloriam, patriæque & proximi emolumentum.

TANTVM.



THE VET. & IN DECH. CONVOY. HONORARY.

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

1847



1847



Rostock, Diss., 1736-38



sb.





G. 13. num. 24.
H. 50.

DISSERTATIO INAUGURALIS
JVRIDICA:

6

AN, & QUATENVS JURI
ROM. COMPETAT PRÆROGA-
TIVA PRÆ VETERI JVRE GERM.
IN DECIDENDIS CONTROVER-
SIIS JVDICIALIBVS.

1736, 5.

Handwritten initials

QVAM,
ADSISTENTE NVMINE DIVINO,


ET
• CONSENTIENTE MAGNIFICO ICTORVM ORDINE
SVB PRÆSIDIO
VIRI PRÆNOBILISSIMI, EXCELLENTISSIMI,
ET CONSVLTISSIMI
DOMINI

ERN. JOH. FRID. MANTZEL,

PHIL ET J. V. D. ATQVE INSTIT. P. P. O. FAMIGERATIS.
SIMI, AMPLISSIMÆ FACVLTATIS JVRID. h. t. DECANI
SPECTABILISSIMI,
PATRONI, OLIMQVE PRÆCEPTORIS OMNI
OBSERVANTIÆ GENERE ÆTERNVM COLENDI,
PROSEQVENDI.

D. XV. MAJI, A. O. R. MDCCXXXVI.
IN ACADEMIA PATRIA VARNO BALTHICA

PRO LICENTIA
SVMMOS IN VTROVQVE JVRE
RITE CAPESSENDI HONORES,
PVELICE, EIDEMQVE PLACIDÆ ERVDITORVM EXAMINI
SVBJCIET.



JOACHIMVS LVCAS SEEM.
ROSTOCH. MEGA.

ROSTOCHII, Typis JO. JAC. ADLERI, SER. PRINC. & ACAD. Typogr

